[1] Dopo la prima parte autografa, si notano varie mani di scritto. Il *Chronicon* contenuto in questo codice arriva fino all'anno 563 di Roma, cioè verso la fine della seconda guerra punica.

[2] Lo cita il Potthast (*Bibl. Hist. M. E.*, Berlin, 1895-1896, p. 1027) con l'indicazione: *Cod. lat. n. 19 chart.* (*pars 2a*, *bis 1292*).

[3] Ho tuttavia mantenuta sempre la scorrettezza grammaticale e linguistica del rozzo latino sozomeniano, dovuta in parte alla fretta del comporre e alla mancata revisione, in parte alla poca cura che d'ordinario il Sozomeno ebbe nello scriver latino.

DOCUMENTI*

* Non posso riprodurre alcuni documenti riguardanti la vita del Sozomeno, non pochi dei quali anche importanti, come qualche lettera autografa di lui, perchè sono in tale stato che ne è difficile la ricostruzione.

DOCUMENTO I.

(Arch. com. di Pistoia, st. VIII, cod. 144).

Ex parte et mandato venerabilis viri et egregii ven. doctoris domini Thomae de Bordello Archipresbiteri Perusini nec non canonici florentini rev. in Christo patris et domini Archiepiscopi Florentini in specialibus et ord. generalis. Ad petitionem presbiteri Franchi Michaelis de Pistorio in faciendo tali ordine constituti citetur et requiratur.

Presbiter dominus Zombinus ser Bonifatij de Pistorio, qui iam a sedecim annis citra quasi continue habitavit et moram traxit in civitate Florentiae, aliquando in populo Sancti Laurentii et in populo Sanctae Mariae Novellae, et aliquando in populo Sancti Miniati inter turres, ubi nunc habitat, quatenus tertia die proxima futura legictime compareat coram dicto domino vicario et sua curia ad videndam dictam accusationem, denuntiationem et notificationem et omnia et singula in ea contenta et ad se excusandum et defendendum ab ea et contentis in ea et dicendum et opponendum contra quicquid vult et potest de iure et ad procedendum et procedere videndum in dicta causa et super dicta causa ad omnes et singulos actos necessarios et oportunos prout et sicut et quemadmodum dicto dn̄o vicario videbitur et placebit. Et hoc pro primo, secundo, tertio ultimo et peremptorio termino et sub poena excommunicationis etc.

Nuntius est Iacobus Bartolomei.

Franciscus *not. dict. civis florent.*

DOCUMENTO II.

(Arch. com. di Pistoia, st. VIII, cod. 144). — Xρ̄ς a dì xxv d'octobre MCCCCXXVIIII[1].

Ser Nicholao di Bartholomeo d'Ipolito, aportatore di questa, diviserà appresso di quello debbi fare; sì che fa' d'essere con lui et sopratutto, come altre volte t'ho scripto, fa' d'andare a messer lo Vescovo, et, come mio procuratore, domanda la copia d'ogni cosa fosse facta nella sua corte inverso di me e termino per modo che tu me le possa mandare et io risponderò....[2] mandarmele prestamente per persona fidata, se dovessi mandare uno fante proprio et fa' quello che è di bisogno et io te lo renderò e sopratutto di' a messer lo Vescovo che le citationi che sono state levate per prete Bandino acciò non lo potesse....[3].

Et io ti prometto che al luogo et a tempo gl'insegnamo in che modo m'acusa de lo falso et con questo vivi di buonavoglia e d'ogni altra accusa che m'è stata fatta fare, chè ti prometto ne farò loro danno, spesa e vergogna; chè vivi di buona voglia et datti buono tempo et sopratutto mandami questo e sii col detto ser Nicholao et di tutto m'avisa. Che Xpo ti guardi: in Firenze.

lo tuo Sozomeno
di ser Bonifacio *canonico di* Pistoia.

DOCUMENTO III.

(Arch. com. di Pistoia, st. VIII, cod. 144).

Spectabilis ac diserte pater[4],

Mosso da singolare amore vi porto, vi fo con questa avisato della sanità di questo luogo e non solamente qui, ma per tutte le circustanzie di lunge 3 miglia, il perchè ne rimango assai consolato. Confortovi, priegovi elegiate questa stanza et chasa, nè d'altre non v'abisogna per usare. Io vi farò stare in luogo

---

[1] L'indirizzo a tergo è mutilo, ma si può ricostruire facilmente, come ho fatto innanzi, intendendo che la lettera sia diretta a Biagio di Pietro Odaldi.

[2] V'è una rottura della carta.

[3] V'è una rottura della carta.

[4] L'indirizzo a tergo è "Spectabili ac discreto patri spirituali "Zomino pistoriensi ". Si noti che chi a lui scriveva più spesso lo chiamava Zomino che Sozomeno.

honorevole e metterete innanzi le substantie vostre. Non dubito, cognoscendovi savio che non vi dovrò ben persuadere, mostrarvi la sanità, l'onore e l'utile e non solamente io, ma più altri desiderano la venuta vostra. Xpo vi guardi. In Arezo a dì xx di giugno 1430, prompto a' vostri comandi. LORENZO *di messer* PALLA.

DOCUMENTO IV.

(ARCH. COM. DI PISTOIA, st. ult., *lib. di provv.*, 1439-1441 a c. 70).

Millesimo quadringentesimo quadragesimo, tertia indictione et die dominicha XIII mensis martij magnifici domini Priores et Vex.r Iustitie tenentes collegiale, congregati in tertia sala palatij eorum solite habitationis et residentie, misso inter eos partito ad fabas nigras et albas et solepniter obtempto per XVI fabas nigras, et ibi fabis albis in contrarium repertis non obstantibus, eligerunt, vochaverunt, nominaverunt et deputaverunt in ambasciatorem et per ambasciatorem Florentie iturum ad summum pontificem et ad quoscumque alios, ut opus erit in auxilium et favorem et S.ti Zenoni et S.ti Iohannis Batiste Pistorij per octo diebus proxime venturis sumptibus tunc et expensis predictorum locorum S.ti Zenonis et S.ti Iohannis, d$\bar{n}$um Zombinum chanonichum pistoriensem, aliquo non obstante.

DOCUMENTO V.

(ARCH. COM. DI PISTOIA, st. ult., *lib. di provv.*, 1441-1445 a c. 125).

Cum cotidie caussa occurrit communi pistoriensi oratores predicti communis Florentiam mictere permultis, varijs ed diversis negotijs, noticijs, et opportunis dicti communis et maxime supra litibus et questionibus que cotidie moventur indebite et iniuste communi pistoriensi per inimicos suos et quia aliquis, ymo quia semper nullus civis reperitur se velle ire Florentiam in oratorem communis et hijs [*sic*] de caussis dicti communis et eius iura remanserunt indefensa, ymo amissa fuerunt et subito et cotidie amittuntur et hoc venit in grave dapnum et preiudicium ac maximam verecundiam communis pistoriensis, omnibus iisdem, et per obviandum predictis consideratur primo quantum venerabilis vir d.nus Sogiomenus ser Bonifatij canonicus maioris chatedralis pistoriensis Ecclesie, dilectissimus civis pistoriensis, quedam negotia communis Pistorii eidem commissa populi et communis per eum Florentie procuravit et fieri fecit a pauco tempore citra, mediante eiusdem d$\bar{n}$i Sogiomeni virtutibus et bonis operationibus ac summa sollicitudine et plenave fuerunt et subito adimpleta et executa mandata ad utilitatem et favorem communis pistoriensis et cum modico spendio. Quamobrem utile et bonum cernetur fore pro communi Pistorij quod per consilium populi provideatur per uno anno proximo venturo dictus d$\bar{n}$s Sogiomenus sit et esse debeat sindacus, procurator, orator communis Pistorij Florentie cum eo salario prout consilio et consiliarijs eiusdem videtur eidem tribuendum per eius labore ad ostendendo et attestando ac defendendo dicto commune et quelibet eius iura communia quolibet et quocumque offitio ut offitiat dicte civitati Florentie' interea eidem commicti de precepto dicti communis Pistorij cum illis notas credentiarum et ut has notas eidem dando et trasmictendo precepto dicti communis cum modo et forma prout et sicut videbitur et placebit, per tempore donationis communis Pistorij utile fore communi pistoriensi ut quod aliud eidem consilio et consiliariis eiusdem videtur et placet. In dey nomine.

DOCUMENTO VI.

(ARCH. COM. DI PISTOIA, st. VIII, cod. 144).

Priores et Vexillifer Justitie populi et communis civitatis Pistorii.

Reverende ac religiose vir dilectissime noster. A noi s'accrescono facende et fatighe ogni dì e però è di bisogno ne diamo ad voi, siamo a pregarvi che come buono figliuolo della Comunità le comportate volentieri. Noi vi mandiamo una lettera di credenza all'ufficio di (Firenze) di otto della Guardia et la casgione è questa che è uno mese scripsero una lettera al nostro messer Lo....[1], ma che volevano cento fanti per mandarli a Pisa per uno mese et diceva la lettera che finito (il tempo) e senza altra deliberatione o licentia se ne ritornassero, mandammogli et presto per udire la loro (intentione man)dammo a Firenze ambasciadore al loro ufficio. Il nostro Cancelliere per obviare che noi avessimo tanta....[2] levò venticinque fanti et dissero al detto nostro

---

[1] Per il cattivo stato del ms. non mi è possibile riempire la lacuna. Le parole chiuse dentro parentesi le ho facilmente ricostruite.

[2] Si potrebbe interdervi "spesa" o simili, ma, non essendone ben sicuro, ho lasciato la lacuna: del resto il senso si comprende facilmente.

Cancelliere che non gli volevano tenere tutto il mese, ma pure che non passarieno il mese et che avevano per loro deliberatione proveduto che, finito il mese, se ne venissero senza altra licentia o deliberatione: di poi a' dì passati vi mandammo ambasciadori Alexandro di ser Filippo e Cristofano Partini a' quali affermarono quel medesimo e più che dixero loro che finiti 18 dì del presente mese se ne venissero e che non mandamo loro più denari e per questo pigliammo securità di scrivere al Conestabile se ne ritornassero. Di che il chapitano di Pisa fece gran querela all'ufficio nostro per sua lettera et che se lui l'avesse significato alla Signoria n'aremmo ricevuto reprehentione e che noi dovessimo mandare tre lettere per uno et chomandò a' fanti che non si partissero alla città senza l'arbitrio suo, perochè non abiamo mandato denari. Et essi la magior parte si sono partiti senza licentia, èvi rimaso il Conestabile con pochi. Hora per restuoro hanno gli Otto scripto una lettera al Capitano nostro che noi dobbiamo pagare dugento fiorini a Francesco da Castello, conestabile del comune di Firenze, i quali vogliono mandare a Pisa et che i nostri fanti saranno licentiati. Et pertanto è di bisogno che voi siate prima con Nerone e con Neri di Gino, i quali hanno comissione da' compagni e pregateli che piaccia loro che quegli vi sono rimasti siano licentiati et che non ci vogliano gravare a pagare denari che anco non s'è proveduto donde sieno pagati li fanti; è naturale che sia fatiga pagare quello avemo a pagare al Monte agli ufficiali del balzello; et tanto che per tutto il mese di settembre ci tocca più di quattro migliaia di fiorini: di poi, se bisogna, parlerete all'ufficio et dite questo medesimo et raccomandate loro questa communità, in quel modo et forma vi pare richiegga il bisogno nostro. Noi siamo in magior disordine et destricta che fa sono già XI anni, sì che pregateli che abbiano riguardo et compassione alle fatighe nostre. Et di quanto seghuirà e crederete avisate. Datum Pistorii die XXIIII augusti MCCCCXLII.

DOCUMENTO VII.

(ARCH. COM. DI PISTOIA, st. VIII, cod. 144) [1].

Zambino viro egregio Baptista Volaterranus S. P. D. Cum hisce diebus affuerim Florentiae, nuntiat mihi Comandus noster de me te verba fecisse. Nam et cum urbs ista praeceptore careat, eius quaerendi offitium demandatum fuit. Me quippe olim Florentiae existente, tua usus sum plurima familiaritate et opera, quam quidem reintegrare mirum in modum cuperem. Teneor huic loco per totum septembris mensem futurum inservire, quamquam graver et exorer de longiore mora. Verum cum nemini, eo finito tempore, obnoxius sum, ubi res mea felicior ageretur, et eam illuc ego sequerer. Quamobrem si me isti praeceptioni optaretis, auditis omnibus conditionibus loci, lucris et emolumentis, consilio vestro inclinarem. Nisi igitur gravemini molestia, ad me vestrum dare responsum, auditis enim ab te rebus ipsis, potero facillime quid faciendum eligere. Vale diu. Ex Colle XII kal. julias MCCCCXLVIII.

Iam clausis litteris cum viro optimo Blasio concive vestro et hic nuper milite consocio commissarii ea in re verba feci. Is me ad eam ipsam praeceptionem patriae amore captus istuc me animum tendere plurimum exhortatur. Ego vero consilium vestrum, eius maxime confido, sequar. Placeat igitur hac in re mihi fidelissimo tuo servitori adiutor fautorque existere. Nec homini ingrato offitium prestaveris tuum, sed tibi gratificabo plurimum.

Ser Blasius harum lator, qui meam omnem vel potiorem accepit sententiam ac mentem, tecum referre poterit. Iterum vale.

DOCUMENTO VIII.

(ARCH. COM. DI PISTOIA, *lib. IV di contratti e testamenti dell'opera di San Iacopo dal 1390 al 1595,* B, 34) [2].

Dum corpus sanitate etc. ideo ven. vir. dñs Zomminus olim ser Bonifati de Pistorio canonichus pistoriensis, sanus per mentem, gravi corpore ac sensu, considerans temporis pestiferi cursum et sciens se quandocumque moriturum, decernere timens iudicium et volens in testamento decedere si quid de se suisque bonis quelibet patrimonia facere vellet, per hoc suum presens nuncupatum testamentum factum suis scriptis in hunc modum disposuit et facere procuravit. Videlicet in primis quidem quantum cum de hoc seculo migrans contigerit suam omnipotenti Deo patri et Filio et Spiritui sancto et beate Marie semper virgini gloriose, beatis Apostolis Petro et Paulo, beato Iacobo, beatis Agostino et Zenoni et toti celesti curie paradixi recommendare. Ipsos orans et supplicans ut suis peccatis ingnoscant, sepulturam actiorem sui corporis elegit, deputavit et esse

[1] L'indirizzo a tergo è: " Egregio religioso viro et licteris decorato domino Zambino canonicho pistoriensi honorando ".

[2] Prima di questo testamento v'è scritto: " Quadernus octavus cedularum, istrumentorum scriptorum et rogatorum per me Schiattam olim filium Pauli Jacobi Tarati notarii pistoriensis sub anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, indictione sexta ".

voluit in cappella sancti Mattei dicte maioris pistoriensis ecclesie cuius canonichus est, et in casu contingeret eum mori in Florentia, voluit et reliquit quod operarii Sancti Iacobi apostoli pistor., executores infrascriptarum expensarum sive hereditatis, faciant adportari eius corpus ad capellam Sancti Mactei. Item reliquit opere Sancti Iacobi apostoli pistoriensis ad perpetuam memoriam omnes libros et cartas dicti testatoris cuiuscumque maniere fuerint, quos poni et ligari voluit in quodam loco communi et acto ad studendum et eis omnibus studere volentibus in illis secundum ordinem et dispositionem operariorum dicte opere et quod nullo modo possint dicti libri quoquo iure vel titulo alienari, cum vellet ipsos in perpetuum stare ad communem usum volentium in illis studere in loco acto et deputato per dictos operarios in civitate Pistorii et in ipso tali loco omnes ligati circum et ordinati. Et in casu quod quodammodo alienarentur in toto vel in aliqua parte, procurabit dicta opera de dicto legato et in dicto casu omnes dictos libros et cartas pervenire ad sacrestiam dicte maioris pistoriensis ecclesie. Idem reliquit amore Dei florenos tres auri, quos distribui voluit pro anima sua secundum conscientiam operariorum Sancti Iacobi, idest eius Sancti executorum. In omnibus autem aliis suis bonis patrimonialibus universis sibi heredem instituit ad usum fructum dominam Parinam eius toto tempore sue vite. Ita quod omnes possessiones sue hereditatis locentur et gubernentur per infrascriptos et omnes fructus et redditos ipsarum possessionum dentur et consignentur dicte eius matri supra eorum conscientiam, cum intendatur iustis et rationabilibus causis eam stare sub protectione dicte opere, idest post mortem vero dicte sue matris, suum heredem universalem instituit et esse voluit, non ante, Pierum fratrem dicti testatoris et olim filium dicti ser Bonifatii. Et supradictus Pierus heres non erit vel si fuerit et decesserit quandocumque in perpetuum sine filiis legittimis et naturalibus aut quum dicti eius filii decesserint quandocumque, omnia sine filiis legittimis et naturalibus fuerint, in dictis casibus et ipsorum quolibet sibi instituit et eisdem substituit operam Sancti Iacobi apostoli pistoriensis, prohibens trahi falcidiam et trebellianicham et omnem aliam portionem que de iure modo aliquo permutetur de dicta sua hereditate, asserens se scire vires suas hereditarias sine aliqua distractione pervenire, ut dictum est. Commissarios et dicti testamenti executores esse voluit operarios Sancti Iacobi predicti, de quorum conscientiis dixit se bene confidere, quibus operariis predictis commisit omnem interpetrationem et declarationem cuiuscumque dubii, quod modo aliquo possit oriri de dicto testamento et cuiuscumque questionis que qualibet fieret occasione dicti testamenti et eorum conscientiis. Et hec est et erit ultima voluntas, item cassans omnes alias et maxime quedam testamenta per eum manu ser Ugolini Peruzi notari florentini: inde rogata et acta Pistorii in ecclesia sancti Illarii ad deschum opere dicte ecclesie, presentibus dño Cione Francisci et dño Iohanne olim Pieri canonicho pistoriensi, presbitero Boncetto olim Pieri Bonceptі et presbitero Battiste Ioannis rectore dicte ecclesie sancti Illarii, Benedicto filio Iacobi clericho pistoriensi, Tarato olim Pauli Iacobi, Pino alias Chino ser Agostini Zenonis de Pistorio et Checho filio Stephani Cechi de Prato habitante ad presens Pistorii in cappella sancti Anastasii et ibi ad predictum vocatur et honore proprio dicti testatoris rogatur.

IN SPECIMEN HISTORIAE

SOZOMENI PISTORIENSIS

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII

NON ignobile hactenus nomen inter Historicos fuit *Sozomeno Praesbytero Pistoriensi*, eumque complures laudarunt, quamquam ejus lucubrationes in paucis Codicibus mss. conclusae, cum tenebris et blattis conflictarentur. Homini non leve decus adferebat tum aetas, qua floruisse censebatur, scilicet circiter annum Christi 1292, tum ejus labor: spissum enim ac vastum opus historicum post se reliquit, adhuc luce destitutum. Nempe ab origine mundi ad sua usque tempora narrationem perducens, universalem historiam complexus est, et vitas praecipue Imperatorum, veterumque romanorum Pontificum posteris tradidit. Jamque ante duo secula Scriptorem istum commemoravit Raphael Volaterranus, cujus verba sunt lib. XX *Comment. Urban.: Sozomenus Pistoriensis, Historiae universalis immensum edidit volumen.* Libro etiam XXII *Sozomenus*, inquit, *Praesbyter Pistoriensis longum volumen ab initio mundi scripsit.* Ad haec Antonius Possevinus, Onuphrius Panvinius, Johannes Gerardus Vossius, Guilielmus Caveus, ac alii, Sozomenum Historicorum albo inscripsere, ejusque laborem, quamquam de nomine tantum, notiorem eruditorum reipublicae effecere. Quamobrem, ex quo ego Rerum Italicarum Scriptores congerere statui, illius Chronicon e mente mea excidere numquam patiebar, ratus multum ornamenti collectioni meae ex antiquo et copioso Auctore, eoque nondum edito, fore accessurum. Intentis oculis hac etiam de caussa celebrem Ambrosianam bibliothecam contuebar, quippe quae ejus libros manu exaratos servans, et mihi et reipublicae spem illius operis faciebat. Atque ibi sane conspexi non semel grandia duo volumina MSta, quorum alterum ab Orbis primordio narrationem continuat usque ad tempora Julii Caesaris. Praefationis prima verba sunt haec: *Scripturas ab orbe condito usque ad nostra tempora, quae mihi digna memoratu videbantur, tam breviter, quam tanta res dici potest, haud dubito apud veros eruditos hunc meum satis tenuem scribendi laborem fore gratum etc.* Titulus libri ita se habet: *Sozomeni Presbyteri Pistoriensis, ac Florentiae educati Chronicon.* Parem inscriptionem praeferebat codex Patavinus a Pignorio olim indicatus Vossio. Parem habet et codex Fesulanus Mabillonio inspectus. Alterum Sozomeni volumen Ambrosianum ferme a nativitate Domini usque ad electionem Bonifacii VIII Papae, hoc est ad annum 1294, procedit. Desiderantur autem illic postremae paginae. Neque eum annum excedit fesulanus codex in Blibliotheca canonicorum regularium Lateranensium adservatus. In Vaticana quoque Bibliotheca Sozomeni Historia MSta haberi dicitur. Sed quousque progrediatur, me latet. De Sozomeno quoque plura congessit Casimirus Oudinus in novissimo opere *De Scriptor. Eccles.* tomo III, sed nihil novae lucis attulit, quum tamen ultra quam crederetur heic multa in nocte essemus.

Verum parcat Sozomenus, si ejus famam invitus attenuare tamdem cogor, eumque prodere qualis revera fuit, non qualis hactenus est reputatus. Et primo decepti sunt, quicumque antea sunt arbitrati, Sozomenum cadente seculo XIII, se ad scribendam historiam contulisse. Longe serius is floruit, ejusque rei suspicionem mihi jamdudum ingesserat clariss. Mabillonius, qui postquam p. 174. *Itinerar. Italic.* scripsit, sibi in Fesulana Bibliotheca visum Sozomeni codicem pertingentem *usque ad annum* 1292, haec subdit: *Quidam tamen Auctorem serius vixisse, et ad seculum XVI, pervenisse existimant.* Rectius scripsisset ille *ad seculum XV*, ut infra patebit. Quum ergo per literas sciscitatus fuissem a nobili ac literato viro comite Francisco Cellesio, patricio pistoriensi, quid revera de aetate Sozomeni sentiendum esset, rescripsit ille, nihil dubitandum, quin is ultra annum 1450 dies suos protraxerit, eamque in rem testes attulit rerum Pistoriensium Scriptores, quorum verba ad argumentum hoc illustrandum in primis apta, lectori nunc sisto. Primo Pandulfus Arfarolius, qui ante annos centum historiam Pistoriensem contexebat, haec scribit: *Messer Tomino, o Zomino di ser Bonifazio Sozzomeni di Pistoia fu uno de' più riguardevoli e dotti letterati d' Italia. Studiò in Firenze nel 1407, e dopo esser stato promosso agli Ordini sacri, ebbe*

una condotta dagli operai di San Jacopo per istudiare a Padova, come si riscontra in quegli Atti del dì 13 dicembre 1408. Intervenne al concilio di Costanza, et ivi fatto papa Martino V, egli l'accompagnò per l'Alemagna fino a Roma. Ebbe un canonicato della Cattedrale di Pistoja. Di esso si trovano in queste Cancellerie molte memorie, e specialmente in quella dell'Opera di San Jacopo, alla quale lasciò, come costa dal suo Testamento la sua libreria, in cui era la Cronica universale del Mondo, che ora non vi si ritrova. E credesi sia quella, che è in Fiesole fatta dal Magnifico Cosmo: et ha del probabile, che vi facesse trasportare questo manuscritto. Morì alli 21 di dicembre 1458. Fu sepolto in Duomo nella Cappella del Giudizio. Secundo Matthaeus Ansidei Brunozzii filius in libro MSto Pistorii adservato, ubi varia historica scribi coepta sunt anno 1571, memoriae prodidit, Sozomeni opus in Vaticana legi, ejusque auctorem postremo fato functum *tempore Callisti Papae anno circiter 1455*. Tertio Petrus Ricciardi jurisconsultus pistoriensis ex editis libris notus, in *Historia Pistoriensi* MSta in haec verba loquitur: *Messer Zombino di messer Bonifazio Sozomeni, canonico pistojese scrisse l'Istoria ab orbe condito fino al 1455.* Quarto Sozomeni quoque mentionem fecit in *Historia Pistoriensi*, tomo altero p. 347, P. Salvius, eumque *Zominum Bonifacii Sozomeni filium* nuncupavit, ac tumulo conditum *anno 1457 mense octobri* testatur.

Sed ne sic tamen de Sozomeni aetate sat certus esse mihi videbar, et praecipue, quod in nullis codicibus alio nomine hunc auctorem donatum viderim, quam *Sozomeni*, quum tamen praelaudati Scriptores eum *Tominum* vel *Zominum* appellent e Sozomena gente prognatum. Accedit, quod in signando anno ac die emortuali Historici hujus discordes invenio Pistorienses ipsos. Verum plenus mihi factus est dies, ut ad me delatus est codex chartaceus MStus Sozomeni, quem si autographum dicerem, temere fortasse non fecero. Nam in fronte libri haec, alio quidem charactere, sed antiquo, scripta erant: *P. Sozomeni Pistoriensis Historiarum fragmenta, ejus manu scripta usque ad annum MCCCCX.* Librum hunc Romae nunc servat, et singulari humanitate mihi commodavit nobilis vir Johannes Baptista Resta, ob antiquae eruditionis studium, atque ob alias egregias animi dotes, nunc vivum Urbis ornamentum. Illic a vetustissimis temporibus Sozomeni Historia initium sumens, pergit usque ad annum 1410. Tum subsequitur series capitum addendorum, sive jam scriptorum in altero volumine, mihi nusquam viso, ab anno videlicet 1411, usque ad 1455, quo constitisse labor omnis Sozomeni dignoscitur. Opinari propterea licet, historicum eo anno vivendi, aut saltem scribendi finem fecisse. Quod plus est, hic idem codex certissima alia documenta praebet ad statuendam illius aetatem. Neque enim luculentiorem testem suarum rerum offerre Sozomenus poterat, quam se ipsum, qui suae se se interdum immiscuit historiae. Ad annum 1387, *Sozomenus* (ita ille scribit) *Pistorii nascitur die 29 junii in tertiis vel paulo ante.* Deinde ad annum 1400, haec alia subdit: *Sozomenus hujus chronicae Auctor de mense julii peste gravatus, vix et cum maximis doloribus post diuturnam infirmitatem liberatur.* Sunt et ejus verba ad annum 1403, ubi de Perusinis, qui se romano Pontifici tradiderant, agit: *Et ego Sozomenus Pistoriensis, huius chronicae auctor, tunc Perusii eram inter eundum Romam, praesens fui, et vidi magnificum apparatum et pompam factam a Perusinis, quando eum* (idest fratrem Pontificis) *receperunt.* Denique ad annum 1409, de se in Historia loquitur. Propterea qui hucusque arbitrati sunt, literisque etiam prodidere, Sozomenum Pistoriensem anno 1292, floruisse, neque ultra eum annum in Historia conscribenda fuisse progressum, nunc emendandi sunt; ut et illi, qui quod in *Annal. brev.* Ptolomei Lucensis jamdiu comperissent Sozomeni verba quaedam laudata, nil dubitarunt, quin is Ptolomeo vita et scriptis praeiverit. Id potissimum Vossius scripsit. Verum tomo XI, Collectionis hujus *Annales* illos rursus typis tradens, intrusum illuc Sozomenum inscio Ptolomeo jam animadverti. Natus est ergo Sozomenus anno 1387. Tum veri videtur simile eum anno 1455 e vivis fuisse sublatum. Quod vero pistorienses Scriptores *Sozomenam* gentem ei tribuant, atque illi nomen *Zomino* fuisse tradiderint, id non facile mihi persuadebitur. Quae loca attuli, non ejus cognomentum, sive familiae agnomen *Sozomenum* produnt, sed quidem germanum illius ac proprium nomen. Immo conjecturam meam accipe. Non aliud fuisse videtur *Zomino* nomen, quam *Sozomenus*, sive ipse nomen illud, quum scriberet, elegantiae caussa in *Sozomenum* converteret ut alii fecere: sive *Sozomenum* ei in baptismate impositum nomen, postea a populo corruptum, et compendii gratia in *Zomino*, fuerit immutatum. In actis Reipublicae pistoriensis die 21 decembris anno 1474 venia data est *Leonardo Dato Secretario Apostolico transcribendi librum Historiarum, editum et compositum per bonae memoriae dominum Sozomenum olim canonicum et civem pistoriensem.* Et hinc habes, quali nomine compellaretur hic Scriptor; et *Sozomenum* non cognomen esse, sed nomen.

Atque haec de Auctore. Nunc de ejus Historia aliquid superest dicendum. Ubi eam accuratius expendere coepi, multum apud me deperiit existimationis. Nihil assurgit, immo fere ubique illius stilus repit. Neque hoc tantum, sed Grammaticae leges ibi non raro negliguntur et vitiantur. Mabillonius in praelaudato *Itinere italico* de Fesulano codice Sozomeni verba faciens, Vespasiani librarii laudes ab eodem Historico in fine voluminis primi additas refert, e quibus nonnullas delibare juvat. *Haud te,* inquit Sozomenus, *Vespasiane librarie, Urbisque Florentinae civis, silentio praeterire in hujus voluminis calce mihi est consilium. Namque si Ciceronis coaetaneus fuisses, et peroptime dignum suis aureis literarum monumentis decorasset, immortalemque fecisset. Tu profecto in hoc nostro deteriori seculo hebraicae, graecae, atque latinae linguarum, omnium voluminum dignorum memoratu notitiam, eorum-*

que Auctores memoriae tradidisti etc. Haec legens mirabar ego, ita ut alium a Sozomeno loquentem audire mihi viderer; adeo dissimili stilo in hac Historia ille progreditur. Neque diffitetur Mabillonius ipse, haec addens: *Superiora secula, quibus nondum politior literatura restitui coepta est, stilus Auctoris sapit, ipsique literarum characteres.* Haec ille, neque immerito: nam et Ambrosiani codicis scriptura vel peritis iudicibus imponere possit; quum majorem antiquitatem praeferat, quam ferat aetas jam perspecta Historici. Verum ad Historiam ipsam quod attinet, vel me tacente lectorem ceperit terror, statim ac audivit, ab Orbe condito factum fuisse initium libris Sozomeni. Et quisnam, rogo, magistrum sibi veteris historiae deligere velit scriptorem tam recentem, et seculo nondum expurgato, immo adhuc fabulis dedito, de rebus antiquorum agentem? Eam ob caussam resecata et dimissa rerum omnium narratione, quae in Sozomeni opere annum 1280, praecedunt (nihil enim ibi nisi tritum ac vulgatum, et fabellis insuper respersum inveni) reliqua usque ad finem, hoc est usque ad annum 1410, retinueram, atque evulgare constitueram. Attamen religioni mihi duxissem tantam quoque exhibere lectori Sozomenianae Historiae partem, postquam collatione facta deprehendi, nil fere aliud per ea tempora a Sozomeno tradi, quam quod a Johanne, et Matthaeo Villanis accepimus. Eorum Chronica praesto huic erant: is vero hoc unum tantummodo egit, ut paucis redderet, quae illi fuse scripserant, et latinis, sive barbaro-latinis literis, quae ipsi Italiae linguae commendarant. Itaque *Specimen Historiae Sozomeni* istud dumtaxat accipiet lector, hoc est narrationem ab anno 1362, deductam usque ad 1410. Quamquam ne hujus quidem ingens pretium, si conferatur cum Historiis florentinis Leonardi Aretini, cujus heic integra frusta nonnumquam occurrunt, et Poggii, et Gini Capponii, et Buoninsegnii. Nihilo tamen secius neminem pigebit laboris hujus, quum acta eorum temporum per Annales digesta legentis memoriae facilius haerere possint. Unum doleo, nempe inquisitioni, votisque meis hactenus fuisse subtractum reliquum Historiae hujus, ab anno scilicet 1410, usque ad 1455. Hoc prae ceteris utile, ac in primis optandum, ut in lucem prodiisset. Sed quod me diu venantem fugit, fortassis aliquando felicior dies dabit. Postremo tamdem loco monitum lectorem velim, fieri posse, ut alii codices Sozomenianam Historiam uberius et comtius scriptam exhibeant. Ille enim, quo ego ad haec edenda sum usus, primum exemplar fuisse videbatur, et longe pauciora complecti usque ad annum 1292, quam duo volumina in pluteis Ambrosianae bibliothecae a me conspecta. Adnotatum quoque in eodem codice vidi postquam mentio facta est *Petri de Murrono*, antea Coelestini V Papae in carcerem trusi: *Finis totius repoliti a Sozomeno Presbytero usque ad annum 1295.* Quibus ex verbis intelligimus, cur codices Fesulanus et Ambrosianus non ultra ea tempora progrediantur; fortassis enim Sozomenum tempus defecit reliqua expoliendi, aut ab iis expoliendis destitit, qui ab eo conductus fuerat, ut barbariem stili Sozomeniani e reliquo Historiae amoveret. Ea certe mihi suspicio est, non ipsum Sozomenum, sed ex ejus amicis aliquem expurgasse illius libros, ac praefationem nuper commemoratam addidisse, quum quid ipse stilo suo posset, quae sum editurus, satis indicent. Quocirca non solum plura, sed et elegantiora in aliis codicibus protulisse potuit Sozomenus. Auctor tamen lectori cuicumque sum, etiamsi meliores codices nactus fuerit, ut in antiquis nil novi, nil castigati a Sozomeno recentiore scriptore exspectet, eumque tantummodo audiat, dum sua tempora aut proxima describit. Specimen hoc interea satis superque erit ad dignoscendum, quid ejus ingenium fuerit, quid industria potuerit.

Alla *Prefazione* premessa dal MURATORI al suo *Specimen Historiae Sozomeni (ann. 1362-1410)* facciamo seguire quella che il TARTINI premise agli *Excerpta ex historia Sozomeni (ann. 1001-1294)* da lui pubblicati.

IN HISTORIAM

SOZOMENI PISTORIENSIS

PRAEFATIO

Sozomenum, ex quo imminutum nomen Zomenum, seu justa alios Zombinum ortum censeo, quidquid Graecum Sozomeni ἔτυμον suadere in contrarium possit, Pistoriensis de Sozomenis familia protulit. Natus est anno 1387 teste eiusdem Historia, quae anno praedicto haec habet: *Sozomenus Pistorii nascitur die 29 iunii in tertiis, vel paulo ante.* Patrem ejus fuisse constat ser Bonifacium civem pistoriensem, quod etiam ex libro Archivi Montis communis Florentiae adnotavimus, ubi sic legitur ad an. 1429: *Messer Sozomeno di Ser Bonifacio, calonaco de Pistoia ecc.* Decimotertio anno jam exacto cum saeculo XV ineunte pestilentia ingens ea, quae celeberrima est, clade saeviret, et ipse morbo correptus in maximum incidit vitae discrimen, ut de se memoriae mandavit: *Sozomenus hujus Chronicae auctor de mense iulii peste gravatus vix, et cum maximis doloribus, post diuturnam infirmitatem liberatur.* Triennio post Perusiae fuit Romam inde transiturus, quod ab eo in Chronico an. 1403 traditum est: *Sozomenus Pistoriensis huius Chronicae auctor tunc Perusii eram inter eundum Romam.* Florentiae anno 1407 studiis vacavit, eamque ob rem nonnulli huius Chronici codices mss. eum Florentiae educatum narrant. Sacris initiatus a D. Jacobi patriae suae operariis conductus est, ut Patavium studiorum gratia concederet, idque ex actis iduum decembr. an. 1408 aetatis suae vigesimo colligitur. Concilio deinde Constantiensi interfuit (Dondorius Concilio quoque Florentino adfuisse scribit) ac Martinum V Romam usque officii causa sequutus, tandem inter cathedralis Ecclesiae pistoriensis canonicos est cooptatus. Quo anno Sozomenus naturae concesserit, quemadmodum incertum est, sic inter annos 1455 ac 1458 contigisse deprehendimus. Operarios D. Jacobi haeredes Bibliothecae suae ab eo institutos ferunt, quam Chronicon ejus universale, rerum post hominum memoriam gestarum historiam complectens ampliorem fecerat ac locupletiorem: ἀυτογράφον hoc fuisse non temere Dondorius suspicatur, qui diu servatum in D. Jacobi Thesauro tradit, eumque mox ab homine sibi noto subreptum conqueritur. Hujus igitur Chronici partem nos hic a saeculo XI initium sumentes protulimus, quoadusque codicem membranaceum fesulanae Abbatiae an. 1466 donatum sequentibus, progredi licuit, in anno scilicet 1294 desinentes, eodem nempe, quo alia Historiae hujus exemplaria deficere animadvertimus; cujus quidem rei causa adferri potest, quod eo usque ab auctore suo emendatum et expolitum sit. In cod. enim ms. qui in celeberrimi Ludovici Antonii Muratorii manus incidit, *Finis*, legitur, *totius repoliti a Sozomeno Presbytero usque ad an. 1295.* Enim vero non ego inficias iverim plurima in hac annorum serie, quam selegimus, relata principes historiarum nostrarum Scriptores referre; set praeterquamquod idipsum etiam ad rerum scriptarum confirmationem confert, nonnulla quae minutiora hic memoriae commendantur, maximo historiae incremento esse quivis fateri debet, cum in hac praesertim multa extra Italiam gesta in caeteris scriptoribus desiderata invenire liceat. Egregium laudati nuper Muratorii, ac clar. Mabillonii inventum ad hujusce scriptionis aetatem spectans, contra eos qui vetustiorem judicarunt, ab eo luculenter confirmatur, quod in Fesulano codice habemus, ubi Vespasiano a Bisticcis (ut apparet) Historia haec mittitur his verbis. *Haud te, Vespasiane Librarie, Urbisque Florentinae civis, silentio praeterire in hujus primi voluminis calce mihi est consilium; namque si Ciceroni coetaneus fuisses, te peroptime dignum suis aureis literarum monumentis decorasset, immortalemque fecisset. Tu profecto in hoc nostro deteriori saeculo hebraicae, graecae, atque latinae linguarum, omnium voluminum dignarum memoratu notitiam, eorumque auctores memoriae tradidisti. Quamobrem ad te utique omnes romane, atque aliarum Ecclesiarum Pontifices, Reges, Principes, aliique trium linguarum eruditi, si humanitatis cognitionem cupiunt, gressus suos dirigunt. Ego autem ipse, ut pro veritate loquar, auxilio tuo in doctorum virorum documentis ab eis relictis potissimum usus sum, quorum multa mihi a te demonstrata, ac deinde diligenter perquisita, in hoc primo nostro volumine conserui. Esto*

ergo immortalis, ut ita dixerim, dummodo haec mea scripta satis inepte pro ingenioli mei facultate prolata etc. tu etiam permanebis. Vespasianus hic noster Philippo Leonardi F. a Bisticcis (agri Florentini locum ita vocant) patre ortus est, quem, nescio qua auctoritate ductus Niger, nobilissimae Strozzianae familiae vindicat. Is quaedam virorum inlustrium memorabilia, brevi sane oratione, composuit, quae mss. plerumque circumferuntur. Ex his Leonardi Dati episcopi Massensis vita est, quem Historiae huiusce studiosum, ex actis pistoriensis Reipublicae eruere est; ibi quippe XII kalend. ian. anno 1474 concessa facultas legitur *Leonardo Dato secretario apostolico transcribendi librum Historiarum editum, et compositum per bonae memoriae D. Sozomenum olim canonicum et civem pistoriensem.* Vitas a Vespasiano conditas canonicus Antonius Maria Biscionius dignissimus Laurentianae Bibliothecae praefectus possidet, eaeque praefationem ad Laurentium Carduccium inscriptam exhibent, cum aliam earum collectionem, quam olim Baldinotti possidebant, Lucae de Albizis dicatam esse constet sicuti aliam, quae apud Pandolfinios est, Nicolao episcopo Pistoriensi. Illud vero exploratum est, Vespasianum plura huiusmodi scripta composuisse. Salvinus Salvinius florentinae Metrop. Ecclesiae canonicus, ac vir nostrarum historiarum consultissimus constitutionem invenit de procuratore quodam a Vespasiano factam anno 1466 subdens in vita Leonardi Dathi Florentiae publici juris reddita anno 1743 Leonardum ipsum humanitatis, ut ajunt, studiis apud Sozomenum operam dedisse. Haec sunt, que ad historiae huiusce nostrae aetatem pertinentia nobis licuit commentari.

SOZOMENI PISTORIENSIS PRESBYTERI

CHRONICON UNIVERSALE

(1411-1455)

ABBREVIAZIONI.

cod. = codice 7272 della Biblioteca vaticana

VIdcix [An. Mundi]. 1411

Nicolaus medicus Florentie moritur, opus magnum de omni medicina relinquens ex multis veteribus confectum.

Florentini tandem cum rege Sicilie et Apulie Ladislao pacem firmant in dicto anno de mense ianuarii hac conditione addita, quod ipsi Florentini quoquo modo intendunt facere contra ligam et federationem cum rege Luisio vocato duce Andegavensi, que finiebat per totum presentem mensem ianuarii 1411 [1].

Florentini cum rege Ladislao pacem firmant

Cortone seu Cortonii civitatem deinde dictus rex Ladislaus vendidit comuni Florentie xxv milibus fiorenis, et addidit postea v milia florenos, et dictum comune Florentie Perilis et Mercatelli, et eorum arcium comitatus et districtus possessionem cepit et habuit die xviii dicti mensis.

Cortona civitas emitur a Florentinis

Iohannes papa XXIII Bononia abiens proficiscitur Romam cum sua curia.

Ladislaus rex a pontificis Iohannis XXIII ducibus in regni sui finibus profligatur [2], et si victoriam prosequi voluisset, quasi totius regni Apulie potestatem duces victores in manibus habuissent qui erant Paulus Ursinus et Sfortia [3].

VIdcx. 1412

Bononienses libertatem reassumentes a Iohanne papa defecerunt [4].

Iohannes papa XXIII cum rege Ladislao pacem et fedus iniit.

VIdcxi. 1413

Ladislaus rex contra pacem clam movens exercitum suum, iterum Romam occupavit, et Iohannem XXIII pontificem ac universam curiam suam fugavit et expoliavit et in predam misit. Unde papa Iohannes expulsus profectus est Florentiam, et habitavit in Sancto Antonino prope muros florentinos [5] per aliquos menses, Paulo Ursino cum pontificiis copiis tunc

Ladislaus Romam venit Iohannes papa XXIII pulsus a rege Florentiam venit

---

10. *cod.* Mercatellis — 18. *cod.* Iohannis

[1] Queste ultime parole fanno capire che esse appartengono al trattato di pace, e che il Sozomeno ebbe quel documento dinanzi. Del resto qui segue fedelmente il Buoninsegni, *Annales*, *RR. II. SS.*, XXI, p. 104.

[2] Accenna alla battaglia di Roccasecca avvenuta il 19 maggio 1411. Per questa guerra che il papa Giovanni XXIII, per istigazione di Giovanni II d'Angiò, faceva a Ladislao cf. M. de' Griffoni, *Memor. hist.* in Mur., *RR. II. SS.*, tomo XVIII (*ediz.* Carducci-Fiorini), p. 98 e Petri, *Diar.* in Mur., *RR. II. SS.*, tomo XXIV.

[3] Dimentica altri duci non meno importanti di questi, come Braccio da Montone e Gentile di Monterano, il conte di Tagliacozzo e i Sanseverini.

[4] Veramente la ribellione di Bologna al papa avvenne il 12 maggio del 1411. Cf. Bonincontri, *Ann.*, p. 105.

[5] Infatti alle bolle di questo tempo appone la data: "apud Sanctum Antonium extra muros florentinos". Cf. Theiner, *Cod. Diplom.*, III, 143.

in Picentibus obsesso. Factiones preterea magne per hoc tempus inter cives florentinos vigebant, nam alii pontifici, alii Ladislao favebant. Et sic propter eas factiones pontifex intrare Florentiam non est admissus.

Rex Ladislaus per hec tempora urbem romanam et omnes alias urbes usque ad fines Senensium Florentinorumque occupat. Qui cum terribilis ac prepotens esset lateque per Italiam dominaretur nec ulla cerneretur resistendi spes, Iohannem pontificem impulit ad externa transalpinaque respicere.

Sigismundus per hoc tempus imperium susceperat, Vincislao fratre eius turpiter imperium administrante, atque omnium iam opinione principatu eius antiquato. Ad hunc igitur,

Iohannes papa oratores suos ad Sigismundum mittit pro concilio congregando

cum in finibus Italie esset, Iohannes pontifex legatos misit duos ex romane Ecclesie cardinales; iam pridem tamen agitata inter eos re litteris et nuntiis. Unicum quippe remedium et imperatori et pontifici videbatur generale concilium advocari; sed erant circa hoc ipsum constituenda permulta, veluti locus, tempus, modus[1].

Missi sunt igitur his de causis ad Sigismundum imperatorem legati. Horum missio legatorum ruine pontificis initium fuit. Qua in re mirabile quiddam fuit, quod tunc accidit, ut omnia celesti ordine gubernari censeamus. De loco enim prius secum cogitaverat, ac dicebat nec alicubi esse volo ubi imperator plus possit: et hec inter paucos asserebat. Legatis igitur istis qui a me mictuntur mandata amplissima potestatemque maximam, ad honestatis speciem, dabo, que palam ostentari possit atque preferri. Secreto autem mandatum restringam ad quedam loca certa. Verum cum in hac dispositione multos dies stetisset, tempus venit

c. 59r

quo proficisci legatos oportebat. Tunc, remotis ceteris, legatos secreto allocutus est, multisque verbis cohortatus ad munus legationis diligentissime [sub]eundum, ostendens quanti ponderis illa res esset, cuius rei gratia micterentur; deinde conversus ad benivolentiam, cum eorum prudentiam fidemque laudaret, ac melius illos cognoscere quid factu opus esset quam seipsum diceret. Dum ista commemorat atque inculcat, affectus ipse benivolentia propositum diu cogitatum momento temporis immutavit. Decreveram, inquit, loca quedam nominare, a quibus nullo modo discederetis; sed in hoc temporis puncto sententiam muto ac vestre prudentie cuncta permicto; vos quid mihi tutum et quid formidandum cogitetis. Cartulam in qua ea loca scripta erant in eorum conspectu laceravit absque ulla alicuius loci nominatione. Legati igitur ad Sigismundum profecti Constantiam loco concilii delegerunt urbem ut transalpinam ac imperatori subiectam. Quod postquam intellexit Iohannes pontifex, incredibile quantum indoluit, seipsum ac fortunam suam detestatus, quod tam leviter a cogitatione propositoque illo pristino restringendorum locorum descivisset. Sed voluntatem Dei nemo vitare

Iohannes papa Florentia Bononiam abiit, et inde Laudum profectus convenit imperatorem

potest. Iohannes pontifex principio hiemis Florentia Bononiam abiit. Nec multo post, congressum Sigismundi petens, in Galliam Cisalpinam profectus, Placentie primo cum illo congreditur, inde ad laudensem urbem profecti ambo, mense fere tota in ea urbe fuere. Ex Laude tandem Cremonam petierunt. Gallie Cisalpine conditio per id tempus non pessimo

Gallie Cisalpine conditio

modo erat, verum etiam miserabili.

Adeo quassatas urbes ac regionem totam bello afflictam vastatamque repperierunt. Dux

Philippus dux Mediolani

Mediolanensium Philippus Galeactii primi ducis filius [erat], is iuvenis tunc velut ex longo principatus morbo vires resumere incipiebat, necdum tantum poterat, ut ceteras urbes recuperare de manibus occupantium valeret. Itaque singulis fere civitatibus singuli dominabantur tyranni. Ubique magna pars civium pulsa aut necata erat, ubique ville edificiaque exusta.

1414

VIdcxii.

Incipit bellum inter Henricum regem Anglie cum auxilio ducis Burgundie et inter Karolum amentem VI regem Francorum[2].

---

4. *il cod. ha un altro* alias *innanzi ad* omnes — 19. *cod.* ostentare - *cod.* preferre — 26. *il cod. ha* momentum *e* decreverat; *correggo col testo del* Comment. *del Bruni che talvolta il Sozomeno segue letteralmente* — 31. *cod.* et

[1] Cf. Leonardo Bruni, *Commentarius* in Mur., *RR. II. SS.*, XIX, p. 927, donde fedelmente il Sozomeno trascrive il passo.

[2] Cf. Bonincontri, *Ann.*, p. 108.

Iohannes papa Bononiam rediit

Iohannes pontifex, relicto apud Cremonam imperatore Sigismundo, Mantuam petiit, et in ea urbe paulo longius commoravit. Tandem, exacta hieme tota, Bononiam rediit [1].

Pax datur Florentinis, Ianuensibus et restituuntur eis aliqua castella et portus

Florentini postquam Iohannes Buccicaldus, pro rege Francie gubernator civitatis Ianue, inde expulsus fuit, ut supra diximus, Portum Veneris emerunt a quodam gallico ibidem presidente. Et deinde castellum Lyrici in maritima positum et Portum Fini ac etiam Sarezanellum ceperunt. Ianuenses ex hoc bellum versus eos Florentinos indixerunt, ut predicta loca perdita reassumerent, etiam minantes, nisi eis restituerentur, quod adhererent se regi Ladislao tunc potentissimo et ferocissimo. Unde Florentini pro pace cum eis tractanda miserunt oratores suos Nicolaum de Uzano et Bartholomeum Thaldi Valoris [2], qui cum in pace tractanda non convenirent, Florentini timentes Ladislai potentiam cardinalem Oricellarium creaverunt oratorem, eidem soli commictentes unanimiter, ut concluderet pacem cum Ianuensibus cum mandato plenissimo. Unde cardinalis orator confestim Lucam proficiscens convenit ibidem *c. 564 v* prefatos oratores florentinos ac etiam oratores ianuenses, qui in unum repente convenientes pacem concluserunt de mense aprilis, hac tamen conditione quod Florentini restituerent prefata castella et portus Ianuensibus, et Ianuenses restituerent Florentinis navem et mercantias, quas Ianuenses abstulerant Florentinis [3].

Pax facta inter regem Ladislaum et Florentinos

Florentini de mense maii dicti anni, existente vexillifero iustitie Masio milite Albizo, deliberarunt pacem facere cum rege Ladislao et creaverunt eorum oratores Torellum quondam domini Nicolai de Torellis iurisperitum et Angelum Philippi ser Iohannis de Pandolfinis [4], oratores, sindicos, procuratores, factores, negotiatorumque gestores inrevocabiles comunitatis Florentie [5]. Qui confestim iter arripientes tandem convenerunt dictum regem in campo, et in exercitu suo in territorio Assisii iuxta pontem Petritiani, ubi conclusa et terminata fuit pax inter regem Ladislaum et commune Florentie die XII mensis iunii, hoc tamen addito, quod Iohanni pontifici intrandi pacem haberet locum; ac pro regia maiestate intervenit Salustius perusinus domini Guiglelmi iuris civilis peritissimus; cuius consilio et auctoritate dictus rex Ladislaus se regebat, et eo consulente et pacis capitula componente, firmavit pacem cum Florentinis.

Iohannes pontifex ista estate cum Bononie resideret, [et] animum ad concilium prepararet, tunc rex Ladislaus, exercitu coacto, magnis copiis Perusiam usque venit; Florentinique conterriti, ut paulo ante diximus, relicta pontificis societate, per se ipsi receperunt pacem cum rege Ladislao.

Rex Ladislaus moritur

Rex Ladislaus, facta pace cum Florentinis, retrocedens non satis bona valetudine Neapolim rediit; ibique post paucos dies e vita migravit. Eius vero mors Florentinos, ceterasque liberas civitates magnis suspitionibus et manifestissimo certissimoque periculo liberavit.

Iohanna regina, soror regis Ladislai, ei successit.

Constantie a Iohanne pontifice et imperatore Sigismundo concilium celebratur

Iohannes pontifex maxime regis Ladislai morte relevatus est, ut iam nil esset quod illum cogeret ad Sigismundum imperatorem respicere. Sed tamen, quia concilium a pontifice simul imperatoreque in eorum congressu illo cisalpino solemniter fuerat publicatum, et locus Constantie indictus tempusque prefixum quo adesse oporteret, noluit Iohannes pontifex promissis deesse. Ita circiter kalendas octobris Bononia movens per veronensem tridentinumque agrum transmissis Alpibus, Constantiam profectus est. Eo et Sigismundus imperator venit. Et incredibili principio prelatorumque frequentia concilium celebratur, ut essent quandoque in eo loco equorum supra XXX [milia], ex quo multitudinem hominum liceat coniectari.

---

15. *cod.* novem — 30. *cod.* recepissent — 38. *il cod. ha* gallicano *innanzi a* cisalpino — 42. quandoque] *cod.* quinque; *correggo seguendo il Bruni* — 43. milia *è nel Bruni*

[1] Cf. LEONARDO BRUNI, *op. cit.*, p. 928.

[2] Il Buoninsegni non riporta i nomi degli oratori.

[3] BUONINSEGNI, *Storie*, pp. 6 e 7.

[4] Il Buoninsegni anche qui non dà i nomi degli oratori.

[5] Queste ultime parole mostrano che il Sozomeno ebbe dinanzi proprio il testo delle credenziali. Vedi per questa pace la *Commissione di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, I, 238 e la *Storia di Firenze* dell'AMMIRATO IL GIOVANE, XVIII, p. 971.

1415

VIDCXIII.

Inter Iohannem pontificem et imperatorem Sigismundum deinde discordie orte sunt, alterum alteri suspectum planeque inimicum reddidere. Que cum procederent longius, ac in dies magis pericula cernerentur, Iohannes papa clam abire constituit, adiutus ad hoc et plane invitatus factione Maguntini archiepiscopi ac Federici ducis Austrie, qui, cum imperatori adversarentur, crescere illius auctoritatem ex oppositione pontificis condolebant.

c. 525

ANNI CHRISTI * * * PONTIFICUM IOHANNES XXIII IMPERATOR SIGISMUNDUS. ANNI MUNDI. * * *

Iohannes papa a concilio fugiens Scafusam petit, et imperatori captivus traditur

Iohannes pontifex XXIII itaque, cum iam amplius quattuor mensibus in concilio fuisset, tandem propter suspitiones noctu incognitus cum paucis comitibus fugiens Scafusiam abiit. Cardinalium nemo fuerat conscius: secuti sunt tamen postea plerique eorum sub spetie reducendi reconciliandique. Qui cum nihil proficerent, vim concilii verentes Constantiam rediere. Iohannes pontifex autem Burgundiam petere festinans, iussu Federici ducis Austrie per viam retentus imperatori traditur. Timuit enim magnitudinem rei Federicus, presertim cum per id factum imperatorem simul et concilium in suam ruinam provocasset. Itaque ex protectore proditor factus reducere illum ac tradere constituit. Non tamen Constantiam reductus est prefatus Iohannes, sed alia per oppida captivus detentus, et tandem a concilio pontificatu privatur [1]. Lentum deinde negocium concilii fuit, cum et corrigere iu ecclesia permulta, ac tollere scisma penitus niterentur, ac multe constitutiones penitus celebrantur.

1416

VIDCXIIII.

Gregorius papa XII in concilio constantiensi se abdicat

Gregorius papa XII et Benedictus alter papa in Galliis ambo adhuc vigebant, ac paulo ante in concilio pisano damnati, ut diximus. Gregorius in Picentibus constiterat; et quamquam omnes populi preter paucula Malatestarum oppida ab eo descivissent, ipse tamen se pontificem nuncupabat. Is ergo Constantiam misit, seque penitus abdicavit, ac deinde sui cardinales in concilio recepti fuerunt [2].

Benedictus iterum a concilio damnatur

Benedictus alter papa in Hispania consistens, licet a cunctis destitutus, sua tamen se pertinacia nutriebat. Hic ergo rursus improbatus ac damnatus est a dicto concilio constansiensi.

Bononienses a papa Iohanne defecerunt

Braccius de Fortebracciis de Montone civis ac nobilis perusinus, cum a Iohanne papa XXIII, dum ad concilium constantiense proficiscebatur, pro Bononie civitatis presidio constitutus esset, et in Sancti Petri Castello in agro bononiensi moram cum suo exercitu traheret, tunc Baptiste de Canneto [3] potentis civis bononiensis factione populus Bononie libertatem clamavit [4]. Ad quem populi rumorem anxius Antonius episcopus senensis, ibidem pro papa Iohanne legatus atque gubernator, confestim ipsum Braccium ad presidium Bononie evocavit, et maxime arcis ipsius. Braccius deinde sic accersitus sub quodam apparentie velamine usque ad Bononie menia cum mille quingentis proficiscens, sub tanti presidii apparentia cum populo bononiensi clam fedus habuit, et acceptis centum millibus florenis [5] ab eis cum suo exercitu ad Sancti Petri Castellum rediit, promictens confestim se abiturum [6].

---

4. *cod.* adiutis — 5. *cod.* factioni — 25. tamen] *cod.* tandem

[1] Qui il Sozomeno cambia giustamente il testo del Bruni che aveva detto: " seu sponte, seu invitus pontificatu se abdicavit ". Il Bruni era fra coloro che non ritenevano legittima la deposizione di Giovanni XXIII. Cf. PASTOR, *Storia dei papi*, ediz. ital., I, p. 151.

[2] Questa accettazione dei cardinali di Gregorio XIII nel concilio di Costanza è aggiunta dal Sozomeno al testo del Bruni. Era però in BUONINSEGNI, *Storie*.

[3] Intendi: Battista Canedolo.

[4] Riprende qui a seguire BONINCONTRI, *Ann.*, p. 10.

[5] Cf. MATTEO DE' GRIFONI, *op. cit.*, 102-103, e BONINCONTRI, *Ann.*, p. 111, che parla di 60 000 fiorini.

[6] Cf. CAMPANO, *Vita Bracchii* in MUR., *RR. II. SS.*, XIX, che altera considerevolmente la verità storica. Fra l'altro si noti che, non potendo negare che Braccio avesse avuto una ingente somma dai Bolognesi, dice: " Igitur

Braccius relicta Bononia in agrum perusinum cum exercitu proficiscuntur

Braccius deinde, receptis a Bononiensibus centum millibus florenorum, conduxit equites et pedites multos, et Tartaliam de Lavello [1]. Et sic cum quattuor milibus equitibus in agrum perusinum profectus est, et quasi omnia eorum castella subegit. Perusini vero, pro eorum presidio convocato Ceccholino de Michelottis, cive perusino, ac Biordi fratre defuncti, qui cum esset in regno Neapoli vicerex utriusque Aprutii a regina Iohanna constitutus confestim cum suo exercitu ad civitatis sue perusine periculum imminens advolavit: ac etiam convocato Karolo de Malatestis cum suo exercitu, qui ambo postquam simul coadunati ad expellendum Braccium paraverunt se ad pugnam. Braccius, vir prudens ac strenuus, cohortans milites suos ut pro *c. 565 v* recuperanda patria pugnarent, se ex adverso acies suas constituit, et die XX mensis iulii [2] in die sancte Margarite collatis signis ex utraque parte, et diu per septem horas pugnantes, et equaliter resistentes, tandem, aqua deficiente [3], milites Karoli ac Ceccholini non valentes ulterius sustinere, in fugam sese verterunt; tunc Braccius strenue eos persequens victoria fretus est. In qua captivi fuerunt prefati Karolus et Ceccholinus et Galeazius ipsius Karoli nepos, ac Guido filius Biordi, et ipsius Ceccholini nepos qui in prelio gloriose et audaciter se gessit. Non tamen pugna incruenta fuit, nam ex utraque parte plus quam CXL interfecti sunt [4].

Braccius victor captivos habuit Karolum et nepotem ac Ceccholinum et nepotem suum

Braccius fit dominus Perusie

Braccius deinde octavo die [5] post victoriam Perusie civitatis factus est dominus, et ibidem ab omnibus Perusinis receptus, et in primis humaniter cum populo se gessit, paucos cives a civitate removens.

Ceccholinus et Guido interficiuntur

Ceccholinus captivus in castello Fracte filiorum Roberti carcere necatur. Et Guido, eius nepos, captivus in arce civitatis Narnie detruditur, et statim Braccii iussu ambo morte violenta perierunt, paucis post victoriam transactis diebus.

Karolus et nepos eius redimerunt [se]

Karolus vero de Malatestis ac eius nepos post aliquot menses, numeratis prius Braccio XL milibus ducatorum, a captivitate liberantur, intercedentibus Angelo Philippi ser Iohannis de Pandolfinis, et Petro domini Luisii Guicciardino oratoribus florentinis requisitis a Malatestis pro liberatione dicti Karoli in civitate Urbini, et etiam pro Braccio intervenientibus Salustio domini Guiglielmi perusino iuris peritissimo et Bindacio de Ricasolis: quibus mediantibus facta fuit compositio et ipsius Karoli liberatio.

Paulus Ursinus interficitur

Paulus Ursinus sub spe ampliandi dominium et potestatem suam, insidiose vocatus a Braccio et Tartalia, ut una cum eis colligatus vastaret agrum picenum et totas civitates picenas, dum inter eundum ad eos cum militibus suis iter arriperet, et inopinatus ab Braccii et Tartalie militibus, in agroque fulginiensi circumventus, tandem a Ludovico de Columna, instigante Tartalia, necatur: ac milites sui in predam mittuntur atque spoliantur [6].

Braccius cepit Romam

Braccius deinde multas ac plures civitates atque oppida subegit, et etiam civitatem romanam [7].

Philippus Scolarius florentinus

Philippus Scolarius miles florentinus apud Sigismundum imperatorem honore et auctoritate primus habetur. Hic copiarum dux et imperator ab imperatore factus XX magnis preliis variis temporibus Sarmatas et Theucros in christianos Europe ruentes superavit, eosque propriis quiescere sedibus compulit [8].

---

4. *cod.* Michelotiis — 19. necatur] *cod.* mancipatur — 26. *cod.* Bindacius — 29. vastaret] *cod.* esset

" acceptis centum octoginta millibus nummum, *quae illi* " *ex superiore stipendio debebantur,* arcem, obsides, et pro- " xima urbi castella agrumque restituit ".

[1] Ha qui errato: doveva ricordare Cristofano da Lavello.

[2] La battaglia dovette avvenire il 18 di luglio. Il Campano (*op. cit.*, p. 520) dice: " idibus iulii "; e il Bonincontri (*Ann.*, p. 111): " circa diem XV iulii ".

[3] Anche il Campano (*op. cit.*, pp. 530-531) dice che la causa della sconfitta dei Perugini fu la sete.

[4] Pare più vera questa cifra che quella data dal Campano di dugento cavalleri morti solo dalla parte dei vinti (*op. cit.*, p. 531).

[5] L'ingresso di Braccio in Perugia avvenne invece il 19 luglio. L'errore deriva dalla fonte a cui attinge che è sempre il Bonincontri.

[6] Di questa astuzia di Braccio, per la quale potè uccidere l'Orsini, il Campano non fa parola (*op. cit.*, p. 542). Cf. anche Buoninsegni, *Storie*, p. 11, di cui continua a seguire il racconto.

[7] L'Infessura, *Diaria rerum romanarum*, ediz. Tommasini, p. 21, pone la presa di Roma all'anno 1417. Cf. L. Fumi, *Braccio a Roma*.

[8] Cf. Bonincontri, *Ann.*, p. 115.

1417

VIdcxv.

Sfortia a regina Iohanna missus Romam recuperavit

Regina Iohanna secunda Neapolis postquam intellexit urbem romanam a Braccio occupatam, Sfortiam de Attendolis cum sex milibus equitum ad recuperandam contra Braccium urbem romanam misit. Quem advenientem iam prope civitatem romanam Braccius sentiens, confestim cum suo exercitu relinquens fugam arripuit, proficiscens Narniam. Sfortia vero Romam ingrediens, eam a Braccii potentia et dominio liberavit[1].

Parisius capitur ab Henrico rege Anglie [illegible]

Parisius, civitas regia, defecit a Karolo VI iam fatuo; et eam occupavit Henricus rex Anglie, mediante duce Burgundie die XXIX maii.

Lues sive pestis ingens Florentie, in qua supra XVI [milia] hominum moriuntur.

Post multa concilii constantiensis decreta pro pontifice creando, decretum fuit quod eligeretur a duabus partibus cardinalium, et a sex deputatis pro qualibet natione; ita tamen quod ipsarum nationum sex quattuor essent concordes. Et ego Sozomenus, huius chronice auctor, tunc ibidem interfui ad eligendum sex pro natione italica, suffragium cum aliis italicis dedi meum, nominando sex prelatos in quadam cedula manu propria scripta[2]. Et sic demum de mense novembris dicti anni in conclavi omnes congregantur.

Martinus papa V

Pontificum CCXV Martinus V annis XIII et mensibus III.

Martinus V in concilio constantiensi eligitur

Oddo romanus diaconus cardinalis ex familia Columnensium a cardinalibus et ab aliis deputatis nationum unanimiter ad pontificatum deligitur, vir antea nequaquam sagax existimatus, sed benignus, in vigilia sancti Martini episcopi et confessoris die x mensis novembris dicti anni, et nominatus est Martinus V[3]. Qui in pontificatu suo tamen ita opinionem de se prius habitam mutavit, ut sagacitas quidem in eo summa, benignitas vero non superflua neque nimia reperiretur[4]. Et hec electio celebrata fuit presente Sigismundo imperatore. Qui in die coronationis dicti pontificis, me presente et vidente, frenum equi pedester administravit cum aliis pluribus ducibus et comitibus, licet ipse Martinus coronatus cum maxima pompa cardinalium ac principum sepius diceret imperatori quod satis erat sic administrasse, et quod in equum adscenderet; tamen ipsius imperatoris humanitas atque clementia semper pedester cum aliis ducibus in pompa mirabili sociavit et reduxit ad residentiam suam.

1418

VIdcxvi.

Martinus pontifex in Italiam cum sua curia venit

Peracto[5] demum concilio constantiensi atque soluto, Martinus pontifex in Italiam reversus per fines Mediolanensium transiens Mediolanum intravit: ubi sex florentini oratores cum maxima societate dictum Martinum convenerunt, et post publicam receptionem ab eo benignissime acceptati, ac deinde statim cum dicto Martino pontifice Brixiam iter arripuerunt: ubi tunc Pandolfus, qui Brixie tunc dominus erat, honorifice pontificem et oratores florentinos recepit. Et demum confestim pontifex cum oratoribus florentinis Brixia abiens, Mantuam profectus, semper tunc me presente et vidente, ubi per aliquos menses cum sua curia moram traxit; ac deinde cum oratoribus florentinis multa tractantibus pontifex se confestim Florentiam venturum eis promisit. Et tunc florentini oratores Florentiam reversi sunt.

---

2. Regina] *cod.* Rege — 7. *ogni foglio e nel retto e nel verso è intestato in rosso co' nomi del papa e dell' imperatore regnanti e al margine con gli anni corrispondenti; ma, siccome d'ora in poi vi mancano i numeri, crediamo inutile stamparli* — 23 e 26. pedester] *cod.* pedes — 36. *cod.* tractantes

[1] Qui riprende a seguire il Buoninsegni, *Storie*, p. 12.

[2] Per questo sistema di elezione stabilito nella quarantesima sessione del concilio di Costanza, vedi Mansi, *Coll. Conciliorum*, tomo XXVII, p. 163 sgg. e Luigi Tosti, *Storia del concilio di Costanza*, vol. II, pp. 150 e 152, Roma, 1887.

[3] L'Infessura (*op. cit.*) pone l'elezione di Martino V agli 11 di novembre (p. 23). E così fu veramente. Vedi Pastor, *Storia dei papi*, ediz. ital., I, p. 156.

[4] Tutto ciò è letteralmente desunto dal *Comm.* di Leonardo Bruni, p. 930.

[5] Riprende qui la fonte del Buoninsegni, *Storie*, p. 13.

VIDCXVII. 1419

Martinus papa V, peractis aliquibus mensibus in civitate Mantue, inde cum sua curia abiens per fines ferrarienses, Ravennatium, Forliviensium, Florentiam de mense februarii venit, Bononiam vitans, que se per id tempus in libertatem vindicaverat.

Martinus pontifex Florentiam venit

Martinus papa V, Florentie fere per XVIII menses[1] in ecclesia fratrum sancti Dominici moram trahens, resedit pro oportuno loco ad rem ecclesie componendam. Nam et cum Braccio qui ecclesie oppida multa occuparat, intercedentibus atque opitulantibus Florentinis concordiam fecit. Ipsiusque Braccii post hec opera, Martinus papa in suam potestatem Bononiam redegit: ceterasque ecclesie sic urbes recepit, ex quo eius plurimum crevit auctoritas.

Braccius cum Martino papa V concordiam facit

c. 566 v

Per hec ipsa tempora[2], Iohannes pontifex XXIII, qui depositus constantiensi fuerat concilio, de quo supra diximus, inopinatus Florentiam venit. Magna profecto res ac mirabilis memoratuque meis temporibus dignissima, et cui ego ipse presens interfui! Nam Iohannes prefatus papa XXIII post captivitatem illam et abdicationem papatus in Bavaria carcere servabatur. Erat autem scrupulus quidam apud multos, quoniam depositio abdicatioque illius violenta fuerat, an iure subsisteret. Quod si illa dubio erat, Martini pape quoque electio in ambiguum veniebat, quoniam non vacanti provideri de novo pastore non potuerit. Ob hunc timorem Martinus papa et simul ne Germanie principes, hunc habentes Iohannem papam olim XXIII, per eam occasionem aliquid quandoque molirentur, redimendum Iohannem et in Italiam reducendum providit. Igitur per hunc modum exemptus carcere, cum in Galliam pervenisset, consilio Martini pape cognito (id erat ut Mantue perpetuo carcere teneretur), antequam Mantuam veniret, rursus aufugiens in Ligures abiit. Ibi, cum esset liber ac sui iuris, sive conscientia ductus, sive quod desperabat aliquid proficere posse, sponte sua Florentiam venit: ac sese pedibus Martini pape, existentis in consistorio cum cardinalibus et prelatis in residentia sue habitationis posita in conventu fratrum sancti Dominici, subiciens, eum ut pontificem verum et unicum recognovit. In adventu vero eius tota civitas obviam profusa multis lachrimis et incredibili commiseratione respexit hominem e tante dignitatis fastigio in tantas calamitates prolapsum. Ipse quoque miserabili prope habitu incedebat. His omnibus commiseratio populi augebatur. Susceptus a Martino tandem intercessione civium florentinorum primus cardinalis efficitur, deinde nec annum integrum superstes e vita migravit die XXII mensis decembris 1417[3]. Et sepultus est in ecclesia et Baptisterio sancti Iohannis Florentie[4].

Iohannes olim papa XXIII liberatus carcere Florentiam venit

Baldassar Cossa, olim papa Iohannes XXIII, primus cardinalis a Martino papa creatur, et moritur Florentie

Martino papa V Florentie insuper commorante, omnia prospera eidem evenerunt. Nam quattuor cardinales ab Hispania, deserto Benedicto papa, in concilio pisano et constantiensi damnato, civitatem Florentiam advenientes ipsum papam Martinum V verum et unicum pontificem recognoverunt. Quo facto tres obedientie in uno Martino pontifice conglutinate sunt.

Quattuor cardinales Benedicti pape damnati et privati ad Martinum papam V Florentiam veniunt

Sigismundus imperator, mortuo Vinceslao eius fratre, Boemie regnum obtinuit.

Dux Burgundie et quidam alii domini gallici Parisiis interficiuntur.

Dux Burgundie interficitur

Ecclesia florentina fit metropolis die XII maii.

Et suffraganei eius fiunt episcopatus Pistoriensis et Fesulanus a papa Martino V in civitate Florentie[5].

---

2. *cod.* in civitatem — 4. *cod.* vendicaverat — 31. *cod.* pervenerunt — 36. *cod.* Parisius

[1] Martino V rimase in Firenze non 18, ma 19 mesi dal 26 febbraio del 1419 al 9 settembre del 1420. Veramente fu alloggiato nel convento di santa Maria Novella, la cui costruzione non era ancora terminata (cf. *Vita Martini V, RR. II. SS.*, III, p. 857 sgg.; G. CAMBI, *Delizie*, XX, 141 e AMMIRATO, XVIII, 980).

[2] Di qui si riprende la fonte del Bruni, *Comm.*, p. 930.

[3] Leggi 1419, com'è in Buoninsegni, *Storie*, a cui il Sozomeno attinge, e com'è nei *Ricordi di* FILIPPO RINUCCINI, p. 58.

[4] Gli fu innalzato per volere di Cosimo de' Medici un monumento, opera preziosa del Donatello.

[5] Anche questa notizia è per la cronologia inesatta. L'elevazione ad arcivescovado del vescovado di Firenze avvenne il 2 maggio 1419: cf. BUONINSEGNI, *Storie*, p. 14 e AMMIRATO, XVIII, 983.

1420

VIdcxvii.

c. 507

Martinus papa V de civitate Florentie abiens die nono septembris, Romam cum sua curia proficiscitur [1].

1421

VIdcxviiii.

Porte baptisterii sancti Iohannis

Valve, in quibus inenarrabili sculpti eris opere novi testamenti historie sunt, Florentie ad sacras Baptisterii edes imponuntur. Et alie, in quibus acta veteris testamenti solido itidem ere relevantur, fabricari hoc anno sunt cepte; utrarumque sculptor Laurentius florentinus fuit, statuarie quidem mirabilis artifex. Qui historias persimillimas in illis effingens prestantissimum illustravit opus; quod non minori tamen spatio quam quinquaginta annorum tempore perfinivit.

Liburnium a Florentinis emitur.

Liburnium a Florentinis emitur, castellum maritimum, ac civitatis pisane portum, numeratis Genuensibus c milibus florenis, et domino Thoma Fulgoso [2].

1422

VIdcxx.

Braccius cum Martino papa V non perseverat in concordia

Cum [cum] Martino papa V Braccius concordiam fecisset, ut superius diximus, et oppidorum captorum partem dimisisset, partem, concedente Martino, retinuisset, non diu in ea pace perseveraverunt.

Braccii laudes et eius successus

Braccius [3] ipse tunc magnus profecto vir erat, nam et dux rei militaris peritissimus habebatur, et magnitudine animi consilioque pollebat; et aderat ei multa [adumbrata] quedam civili moderatione honestas. Hic ex oppido Montone perusini agri, nobilibus admodum parentibus ortus, statim ab adolescentia rei militari se tradidit, multisque vulneribus peritiam tandem auctoritatemque boni ducis est consecutus. Exulabat multis annis perusina nobilitas fere omnis; inter quos Braccius, licet admodum iuvenis, consilio tamen et auctoritate princeps habebatur. Denique varia militia per Italiam acta, multisque rebus gestis in id potentie auctoritatisque accreverat, ut Perusinos diverse factionis, qui domi erant, vi et armis compulerit nobilitatem recipere. Ipse vero dominus perusine urbis a populo simul nobilitateque delectus [est], ut supra diximus.

Hinc ille magnificentius vires extendere cepit, ac multas subinde urbes sibi subditas facere, et in dies suam potentiam augere.

Braccius de mense augusti in agrum lucensem cum exercitu hostiliter intravit: et recessit facta confederatione cum domino Luce.

Karolus VI, rex Gallorum, moritur Parisiis dum esset captivus [4].

Karolus VII Delphinus post mortem patris coronatur rex Francorum.

Philippus dux Mediolani fit dominus Genue

Exercitus Philippi ducis Mediolani in Romandiolam descendit

Philippus dux Mediolani vires paternas mirabili quadam felicitate resumpserat, et ad paternam dominationem Genuam urbem isto anno addiderat; ac deinde magnum exercitum inter Forum Cornelii Liviique Forum traiecit, et Imolam subegit, et in ipsis Florentinorum menibus imminebat [5].

Florenus aureus Florentie extensus est, quia lucri gratia quedam alie civitates illum extendentes suo signo figurabant.

---

11. *cod.* portus — 12. *cod.* Thomma — 18. adumbrata *om. cod.; è nel Bruni* — 24. *cod.* Parisius — 25. *il cod. ha un* sic *dopo* simul — 32. *cod.* Dalphinus

[1] A bello studio tace delle beffe che si facevano al papa in Firenze e che pur poteva vedere nel Buoninsegni e nel Bruni. Sotto le finestre di Santa Maria Novella si cantava: "Papa Martino | Non vale un quattrino | Overo un lupino". Cf. anche Campano, *Vita Bracchii*, XIX, 566 e Cavalcanti, *op. cit.*, lib. II, cap. XXI, p. 66.

[2] Cioè Tommaso da Campofregoso, che allora era doge di Genova. La vendita di Livorno fu fatta il 30 giugno 1421: cf. Bartolomeo Pitti, p. 129.

[3] Cf. Bruni, *Comm.*, p. 932, che Sozomeno segue fedelmente.

[4] Cf. Bonincontri, *Ann.*, p. 126.

[5] Cf. Bruni, *Comm.*, p. 933.

Florentini contra Philippum ducem Mediolani bellum suscipiunt

Florentini vero, cum iam terra marique Philippus dux mediolanensis formidabilis esset, ac magnos duces, magnum equitatum haberet, et circa Forum Livii Imolamque [se] inserere videretur, susceptum a Florentinis adversus eum bellum est; et decem balie de mense maii creantur, et exercitum parare ceperunt. Nam Philippus dux Mediolani cum consuluisset principales et duces suos an prius contra Venetos, an contra Florentinos bellum capere deberet, *c. 567 v* responsum fuit et conclusum quod melius erat prius contra Florentinos; ex eo quod Veneti in auxilium eorum lente procederent; et e contra si prius contra Venetos inciperet, Florentini timentes de statu ipsorum confestim auxilium Venetis preberent. Et sic contra Florentinos prius cepit [1].

Decem balie Florentinorum, volentes obviare bello ducis Mediolani in Romandiola, in stipendio Florentinorum conduxerunt dominos Karolum et Pandulfum de Malatestis, faciendo ducem dictum Karolum, persuadendo tamen domino Pandolfo, ut semper cum domino Karolo adesset, qui erat semper solitus perdere [2]. Et deinde a Florentinis acies misse ordinateque ab inimicis aliquantulum fuerunt profligate [3].

Sfortie laus Braccius

Sfortia isto tempore magnus profecto vir erat, et in quo rei militaris peritiam alii maiorem esse quam in Braccio, alii parem existimabant. Hic quoque multas ac magnas res gesserat, et per omnes militie gradus ad fame ac glorie culmen ascenderat. Inter hunc et Braccium amicitia tamdiu fuit, quamdiu minores utrique fuerunt. Auctos vero atque potentes emulatio atque contentio irritavit.

Itaque et prelia inter se commisere.

Decem alii belli Florentinorum creantur per sex menses, et ceperunt die xxv novembris.

VIDCXXII. 1424

Inter Braccium et Sfortiam magna dominandi fuit emulatio

Cum emulatio esset maxima inter Braccium et Sfortiam, Braccius fit dux Iohanne secunde regine Neapolis et Alphonsi regis Aragonum adoptati filii a dicta regina, et Sfortia erat dux regis Loysii andegavensis; nam regina cum rege Aragonum et Loysius rex de regno Neapolis certabant, et totum iam regnum divisum habebant. Et Braccius erat in oppido Pescarie, ubi est flumen Pescarie intrans mare Adrianum cum exercitu suo. Sfortia cum quinque milibus equitibus, (cui quidam vates predixerat, quod non ipse sed comes Franciscus debebat regnare) [4], [ivit] tandem contra Braccium, ut eum in pugna expelleret. Et [cum] difficulter non valeret flumen Pescarie transire, tandem comes Franciscus et Michelectus cum mille equitibus transierunt, et incepto prelio, fortunaque iam dubia erat [5]. Interim Sfortia in ripa fluminis existens, et forte quidam suus tyrunculus in flumine quasi mergeretur, ipse Sfortia volens eum liberare, et in liberando ipsemet submersus est; et nusquam deinde apparuit, tanta erat fluminis undatio ac maris aque reflexio de mense ianuarii.

Sfortia submergitur

Franciscus comes audiens patris submersionem, confestim cum Michelecto maxima cum difficultate ad suos trans flumen redierunt, dimissis aliis pugnantibus, quos omnes Braccius habuit captivos [6], et omnem comitativam Piscarie et Fabiani in Abrutio subiecit: et congre-

---

2. se *om. cod.; è nel Bruni* — 4. *cod.* consoluisset — 16. *cod.* partem — 25. *il testo del cod. da questo punto incomincia ad essere assai guasto: qui ha* esset, *come anche sotto alla l. 26, in luogo di* erat — 28. *dopo* vates *il cod. ha* sibi — 29. ivit *e* cum *om. cod.*

[1] Cf. BUONINSEGNI, *Storie*, p. 18.

[2] Curiosa osservazione! Pandolfo Malatesta, signore di Brescia e di Bergamo, era stato spodestato da Filippo Maria Visconti e si era rifugiato a Rimini, presso il fratello. Solo per questo i Fiorentini si rivolsero a lui, sapendolo fedele: cf. *Commissioni di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, II, 528, 531.

[3] Veramente ciò avvenne più tardi alla battaglia di Zagonara.

[4] Questo vaticinio veramente non corrisponde ad altri riferiti da Lodrisio Crivelli, *De vita Sfortie vicecomitis*, XXI, 724 e da Giovanni Simonetta, *In comment. rerum gest. Francisci Sfortie, RR. II. SS.*, XXI, p. 186. Cf. anche CAMPANO, *op. cit.*, p. 621.

[5] Cf. cogli *Annali* del Bonincontri, che racconta la cosa un po' diversamente.

[6] Di questi prigionieri non parla il Bonincontri, *ivi*.

Braccius obsedit Aquilam

Franciscus Sfortia comes a regina Iohanna ad stipendium conducitur

gavit ac refecit exercitum suum; ac paulo post ad civitatem Aquile proficiscens obsedit eam.

Franciscus Sfortia comes deinde, exercitum patris congregans, fit dux ab omnibus equitibus patris, et cum difficultate iter arripuit ad reginam Iohannam secundam cum Michelecto, et tandem ad stipendium dicte regine conducuntur.

c. 568

Nerius Caponus

Post Sfortie submersionem et post obsidionem Aquile, quam Braccius faciebat contra voluntatem pape Martini et regine Iohanne secunde, Florentini miserunt Nerium Caponem oratorem suum ad Braccium ut veniret ad auxilium eorum contra exercitum ducis Mediolani devastantem eorum comitatum et castella; ex eo quia Braccius hac conditione erat conductus ad eorum stipendia cum tribus milibus equitibus et mille peditibus quotiens requireretur et esset opus [1]. Qui recusans nolle dimictere obsidionem Aquile, tamen misit ad Florentinos Ardiccionem cum ducentis equitibus. Et ulterius Nerius orator habebat in commissionem ut tractaret cum papa Martino et Braccio concordiam, quam prius ultro citroque multis habitis verbis, respondit tandem papa non posse facere ex eo maxime quia tam ipse quam regina Neapolis conduxerant ad stipendia multos equites et pedites. Et deinde contra Braccium papa Martinus misit dominum Iacobum Chaldoriam ducem exercitus cum vexillo Ecclesie. Et regina Iohanna misit comitem Franciscum Sfortiam et Michelectum de Cotignuola cum vexillo suo, qui duo stipendii partem a Filippo duce Mediolani recipiebant. Deinde omnes sic congregati in loco Rocche de mezo versus Aquile civitatem castra moverunt, et proficiscentes ex opposito Ocri [2] versus Aquilam in ortu solis die secundo iunii [3] de monte descendere coeperunt, xv istructis aciebus, in quibus duo milia equites ad pugnam instructi erant, commeatibus, impedimentis, bellique machinis post terga dimissis, et ad prelium se paraverunt.

Iacobus Caldoria constituit acies suas ad prelium

Braccius ex adverso ordinat milites suos ad pugnam

Braccius vero in obsidione morans, et iam inimicorum adventus prescius, in alba prefati diei secundi iunii, ad prelium milites suos paravit, ac pedites inter vineas, que prope Sanctam Mariam de maggio sunt, constituit, duo habens vexilla, quorum in uno erant insignita arma sua, in altero vero pro medietate erant arma regine Iohanne secunde, et in alio regis Aragonum; et acies xv ordinavit, inter quas sine impedimentis erant equites sui quasi mille octingenti. Deinde Braccius sine arbitris aliquandiu cogitans, tandem cum paucis gregariis et aliquibus rusticis profectus est ad flumen per planitiem Aquile transiens; et quasi ex opposito civitatis Bagni; et quia flumen ripas difficiles habebat, demoliri fecit, et unam fluminis partem ad planitiem induci; et similiter aliam partem reduxit, ut milites sui ad pugnam sine impedimento riparum ire possent, indicens omnibus militibus quod nullus auderet locum suum relinquere in quo constitutus erat, et pedites sui locum Sanforani ut obtinerent constituit; etiam precipiens ut nullus se moveret nisi aliud preciperet. Et solum ducenti pedites, quando inimicos videbant descendere, [se moverent], et non aliter; ac alii omnes firmi starent: hoc tamen faciebat ut essent in presidio serate, ne commeatus Aquilam intrare posset. Deinde vero cum ad se revocare eos voluit, non valuit, obstantibus inimicis.

c. 568 v

Nicolaus Piccininus, inimicos videndo descendere, et etiam Nicolaus Fortebraccius persuadebant Braccio quod iret obviam, et in monte Chalce pugnam inciperet; asserebantque: "Profecto primo prelio partem inimicorum superabimus antequam omnes descendant" [4]. Quibus Braccius ait: "Ego inimicorum omnes et non partem captivos habere volo"; profecto et si fata deum, et si mens non leva fuisset, Braccius fuisset victor, si istorum persuasionibus adhesisset.

---

20. instructi] *cod.* strenui — 23-24. *cod.* prope vineas, que inter vineas sante Marie de maggio — 34. se moverent *om. cod.* — 38. *cod.* irent - *cod.* inciperent

[1] Di questa condotta coi Fiorentini nulla dice il Campano. Ma vedi il testo della condotta nelle *Commissioni di* Rinaldo degli Albizzi, II, 5.

[2] I *Giornali Napoletani,* XXI, p. 1091, dicono: "sopra Oria".

[3] Negli stessi *Giornali Napoletani,* p. 1092, con manifesto errore, si dice la battaglia dell'Aquila avvenuta il 25 maggio 1425. Cf. anche Niccolò di Borbona, *Cron. di Aquila* in *Antiquit. ital.*, VI e Leonardo Grifio, *De conflictu Bracchii*, in *RR. II. SS.*, XXV.

[4] Vedi le parole che il Piccinino disse a Braccio a tal proposito in G. B. Bracciolini, *Vita di N. Piccinino,* pp. 145-146, Venezia, Ziletti, 1571.

Preterea etiam cum in cena pridie esset Braccius, in qua aderat Nerius Caponus, orator Florentinorum, pluries dixit: " Libenter in hoc prelio vellem habere Ardiccionem, et eum non misisse " in Florentinorum presidium „. Ad quem Nerius: " Forte satius tibi esset, ut cum exercitu " universo tuo incolumis aliquantulum removeres ac retrocederes; et deinde alias cum feliciori " fortuna ad Aquilam obsidendum reverti poteris „. Tunc Braccius vir magnanimus et quasi indignatus respondit: " Nunquam mos fuit meus aufugere, sed vi et virtute victoriam consequi „[1]. Sed ad inceptum redeamus. In ultima montis parte, unde inimici descendebant, est planities, ubi quidam etiam est vicus nominatus sanctus Martinus: et eis ibidem castra opus firmare erat. Et Braccius iam predixerat suis principalibus ducibus, quod si inimici illuc venirent, et ibidem sederent, etiam cum sui exercitus dimidiata parte, opus sibi esset fugam arripere, ex eo quod non eos retinere valeret, quin in Aquile civitatem commeatum micterent; ac deinde si essent vicini, quod necessitate compulsus sibi prestaret fugam arripere. Quibus verbis auditis, principales duces sui intellexerunt quod potius volebat prelium experiri quam fugam arripere. Descensis igitur omnibus inimicis suis et ad prelium paratis, inter tertiarum et nonarum tempus prope civitatem Bagni ex utraque parte prelium est inceptum, et primo Braccii milites terga verterunt. Sed tunc Braccius vir strenuus suos milites cohortans inimicos iam exultantes in fugam compulit, et comitis Francisci Sfortie vexillum arripuit, Iacobi Caldorie vexilli partem. Ipse tamen Iacobus de suo equo prostratus super alium equum satis ineptum ascendit, et rumor fuit eum aufugere. Qua de re portantes commeatus bellique machinas et impedimenta fugam arripere coeperunt per iter unde venerant. Illi tunc ducenti pedites, de quibus paulo ante diximus, videntes duas inimicorum acies a Braccio prostratas, non servantes precepta eis data, contra portantes omnia impedimenta insurrexerunt, et absque prelio omnes ceperunt ac [Pontem] Corvorum duxerunt distantem xv miliaribus. Tunc Braccius conspiciens inimicos suos capere fugam, et equos etiam ipsorum capere iter versus Aquilam, congregavit exercitum suum, et firmavit vexillum. Nam si prosecutus fuisset victoriam cum omni suo impetu ac vi, opinio fuit quod suos omnino inimicos expugnasset. Sed interim inimici se reficientes acrius pugnarunt, brevitateque loci uterque exercitus sicis ac cominus gladiis se invicem vulnerabant. Habebat item Braccius paucos equos et equites cathafractos, respecto cathafractorum quos inimici habebant, et multi etiam vulnerati mortui erant, et dum sic aequo quasi Marte pugnabant, ecce interim Aquile universus populus suasu aliquorum equitum inimicorum ex acie abientium et Aquilam petentium, impetu maximo egressus civitate ad Sanctam Mariam Codemaggio clamans: " Interficiantur, interficiantur inimici nobis " infesti „[2]. Tunc vero Braccii milites videntes populum adventare, sive quodam populi timore, sive ut potius essent captivi militum et non populi, qui eos omnes trucidassent, et non captos duxissent propter eorum crudelitatem factam in rusticos et cruciatus in comburendo domos, vastando omnia sata, captivos carcerando, eos suspendendo, et aliqua etiam eorum castella funditus evertendo, et omnia in predam mictendo. Qua de re cum multi rustici Aquilam aufugissent, consueverant dicere: " Nos carnibus humanis nostris vescemur, nullaque erga nos " pietas erit nostra „. Clamabant semper: " Interficiantur, interficiantur „.

Prelium incipit

c. 509

Braccius vero postquam vidit populum in exercitum suum irruentem omni cum vi et suorum impetu movens vexillum suum pugnam contra inimicos reassumpsit, cum iam milites sui fatigati vexillum retinere non valentes, ab inimicis sublatum fuit: quo sublato omnes sui milites fugam arripuerunt, exceptis paucis equitibus, qui cum eo viriliter ac strenue pugnabant, cum per quendam militem suum nuntiatum fuit eum esse relictum quasi ab omni suo exer-

Braccii exercitus in fugam vertitur

---

23. Pontem *om. cod.* - *cod.* Corvarum — 24. equos] *cod.* et quos — 27. *il cod. dopo* sicis *ha* gradiis — 30. *cod.* equo — 39. *cod.* Clamantes

[1] Si noti ricchezza e novità di particolari. Cf. Campano, *op. cit.*, pp. 617-622.

[2] Veramente gli Aquilani dettero addosso a Niccolò Piccinino che da Braccio era stato messo contro di essi. Cf. Bonincontri, *Ann.*, p. 133 e Campano, *op. cit.*, p. 619.

citu: et tandem maxima cum difficultate eum a prelio removerunt. Deinde cum Braccius pugnam relinqueret, equus suus vulneratus. Sed quidam Durantes papiensis, eques Iacobi Chaldorie, eum insequens infestabat eum, ut diceret se captivum eius, et ambo pariter currendo super Braccii collum manum suam posuit, ac interim galee cingulum fractum est, et galea cadens, caput nudatum apparuit. Tunc duo famuli Ludovici perusini de Micheloctis, Braccii inimicissimi, Braccium insequentes duobus vulneribus percusserunt, quorum unum per ipsius gulam penetravit; et statim Braccius exclamans ait: "Mortuus suum „[1]. Tunc ipse et equus fatigati et vulnerati ambo ulterius progredi non valentes, posuerunt eum super unum scutum. Tunc interim supervenit Iacobus Chaldoria, dux exercitus, cui Braccius dixit: "Te "rogatum volo ut vitam meam salves „. Ad quem Iacobus Caldoria ait: "Secura tua vita "erit, dummodo ex vulneribus valeas curari „. Sed tantum ex suis florenis volet. Et Braccius ad eum respondit: "Hoc profecto bene equum erit „: et deinde nunquam ulterius loqui valuit; postquam aqua os eius lotum fuit.

Braccius vulneratur et capitur a Iacobo Caldoria

Iacobus Caldoria tamen in proprium suum tentorium, ut magis tunc salvus esset, et vita eius salvaretur, ut petierat, transportari fecit, et a medicis eius vulnera curari[2]. Postera autem die ad Pananicam[3] eum misit prope ad primum lapidem, ubi in diluculo diei dominice emisit spiritum.

Braccius ex vulneribus moritur

Ludovicus de Columna, dum putaret Martino pontifici gratum facere, in unam capsam eius corpus locavit, ac per Braccii famulos Romam adduci fecit. Quod Martinus audiens indixit ut Romam nullo modo traduceretur, atque eius corpus in sancti Laurentii prato sepelliri iussit[4].

Sepellitur Braccii corpus

Deinde vero anno domini 1432 Nerius Caponus, cum esset Rome, vidit corpus Braccii deseppelliri, et eius caput duobus vulneribus percussum. Et multi olim equites sui eius corpus in capsa positum cooperta nigro sirico primo ad Sanctum Iacobum trans Tiberim et ad Civitatem veterem et Perusiam transportarunt: ubi cum maxima pompa et exequiis sepultum est.

Perusina civitas et alie civitates a Braccio subacte ad Martinum pontificem V redierunt, et ad Ecclesie Romane obedientiam.

Pestis Florentie ingens; et plurimi Florentini Pistorium profecti sunt: ex eo quod superiori anno ibidem pestis fuerat ingens et iam cessaverat. Florentinorum exercitus in Romandiola congregatur. Ex eo quia tunc Angelus de Pergola, exercitus Philippi ducis mediolanensis dux, erat in Zagonara, et obsidebat comitem Alberigum, qui debebat ad stipendium comunis Florentie cum sexcentis equitibus proficisci. Karolus et Pandolfus de Malatestis, Florentinorum duces, volentes dictum comitem Alberigum ab obsidione liberare, compulsi et incitati Florentinorum litteris, et quodammodo talibus litteris indignati[5], tandem prope Zagonaram inito prelio cum Angelo, superati et capti fuerunt, et Florentinorum exercitus profligatur, et ibidem etiam interfecti fuerunt Ursus de Ursinis, dominus Montisrotundi, et Ludovicus de Obizis, ambo conducti a Florentinis et principes partis exercitus. Nam semper

c. 509 r

Florentinorum exercitus in Zagonara profligatur

2. quidam] *cod.* quidem — 24. *cod.* cohoperta

[1] La morte di Braccio è variamente narrata dagli storici: il Bonincontri, p. 153, lo fa morire per mano di questo stesso Ludovico; invece il Crivelli, *op. cit.*, p. 732, dice che fu ferito da un soldato dello Sforza "cognomento Fulignatus „. Vinto il 2 giugno 1424, morì il 5. Cf. oltre le citate opere Filippo Rinuccini, *Ricordi*, p. 59; Simonetta, *In comm. rerum gest. Francisci Sfortiae*, in *RR. II. SS.*, XXI, 197; e specialmente la *Cronaca Aquilana* di Niccolò da Borbona in *Antiq. ital.*, VI, 873; Graziani, *Cron. di Perugia*, p. 286; A. Dei Veghi, *Diario*, ediz. Fabretti, p. 3.

[2] Il Crivelli (*op. cit.*) afferma falsamente che Braccio fu condotto nella tenda di Francesco Sforza e da lui consolato. Cf. Buoninsegni, *Storie*, p. 22.

[3] Il Buoninsegni ha "Pavonicam „.

[4] È così d'accordo coi *Giornali Napoletani* che lo dicono sepolto nel campo di san Lorenzo con una colonna sopra il tumulo (p. 1092). Il Campano erra dicendo che il cadavere di Braccio fu portato a Roma "Iussu pontificis „ (*op. cit.*, p. 622).

[5] Il Cavalcanti, *Ist. fiorentine*, libro II, cap. XII, p. 54, parla soltanto d'un invito a soccorrerlo fatto loro dal conte Alberigo assediato in Zagonara. Segue anche qui Buoninsegni, *Storie*, p. 23.

dictus Karolus in omni pugna ab eo inita superatus fuit; et stoliditas fuit eum ad stipendia conduci[1]. Deinde si Angelus dux Philippi confestim usus esset victoria, et Florentinorum agrum et oppida ingressus fuisset, tunc fortasse maximum Florentinorum infortunium extitisset. Sed cum post victoriam moram traheret more victorum in spolia sortiendo, interim Florentini vires refecerunt suas, ad stipendium [conduxerunt] Piccininum et comitem Oddum, iuvenem filium Braccii naturalem, sub custodia et administratione dicti Nicolai Picinini, et etiam alios equites et pedites, reliquias exercitus Braccii, profligatos paulo ante prope Aquilam. Hi vero deinde sic conducti milites adversus exercitum ducis Mediolani tumultuantem in dies atque crescentem in agrum florentinum iter confestim arripuerunt. Qui primum Arretii et mox in agrum Mugellanum traducti hostiles impetus repressere, cursumque eorum victorie retardarunt; licet post victoriam [multa loca] florentine ditionis per Appenninum montem occupassent. Sed post multa atque egregia belli opera, cum tandem in saltus difficiles vallis Lamone se coniecissent circa Lamonem fluvium dato prelio, ab exercitu ducis Mediolani profligantur[2], et Oddo interficitur; captusque Nicolaus Piccininus Faventiam ducitur. Decem balie creantur a Florentinis pro uno anno de mense novembris.

Florentinorum exercitus apud vallem Lamonam profligatur. Et Nicolaus Piccininus capitur et Oddo interficitur

VIDCXXIII. 1425

Post vallis Lamone conflictum vacillare Florentinorum res iterato coepere, et in magno esse metu. Sed accidit percommode Piccinini captivitas, quoniam faventinum dominum, in cuius manibus ipse erat, ad Florentinos traxit conditionibus melioribus utilioribusque oblatis[3]; itaque mox presentis anni in estate belli omnis impetus ad Faventiam constitit. Copie florentini populi intra urbem Faventiam, Philippi autem ducis Mediolani exercitus longe maior ad Imolam forumque Livii circum ea loca degebant; preliaque percrebra quotidie gerebantur ad ipsas prope Faventie portas. Denique Faventia isto anno Florentinorum murus fuit. Nec dubium erat quin omnis impetus belli florentina in menia recasurus fuisset, nisi Faventia obstitisset.

Post longum certamen in agro tandem arretino impetus belli redactus est ex huiusmodi causa. Magistratus qui pro populo florentino Anglare oppidum gubernabat sperans sibi lucrum fore si ab ea parte turbationes concitarentur, Burgenses, quietos homines nec hostile quicquam molientes, hostiliter ipse invasit, vastatisque infeste agris ac prede expositis, summis iniuriis eos affecit. Illi tamen insigniter lesi, nulla fuit mora quin copias hostium ad se convocarent, cuncta circum Anglare ferro igneque popularunt. Et copias florentini populi sub ipso oppido stantes perfregerunt. Per hunc modum belli certamen et impetus ex faventino agro in arretinum redigitur.

Burgenses

c. 570

Bellum in agrum arretinum redigitur

Nicolaus Piccininus per hunc modum in Arretinos tractus, non satis bono animo esse videbatur. Et predicabat obsequia sua nequaquam grate a Florentinis esse suscepta. Tempus erat stipendiorum suorum ad finem devenisse: se iam alia sibi cogitare; hec ab eo palam iactata interpetrabantur homines quasi vellet ille consueto hoc militantium more stipendia

5. conduxerunt *om. cod.* — 7. *cod.* profligati pauolo — 11. multa loca *om. cod.; è nel Bruni* — 13. Lamonem fluvium] *cod.* monam fluvium

[1] Giustamente severo col Malatesta è più d'ogni altro il Machiavelli (IV, 54). Vedi anche nelle *Commissioni di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, XLV, II, 137 e le lettere dei Dieci del 30 luglio e del 2 agosto e FILIPPO RINUCCINI, *Ricordi*, p. 60. La battaglia avvenne il 28 luglio, non il 24 come dice l'Ammirato (XVIII, 1012) nè il 27 com'è nel *Chron. foroliv.*, *RR. II. SS.*, XIX, 893 e altrove. Vedi PERRENS, *Hist. de Florence*, VI, 281.

[2] Non fu l'esercito del duca di Milano che disfece le soldatesche di Oddo Fortebracci e del Piccinino; ma i villani che abitavano su quei gioghi. Vedi AMMIRATO, XIX, p. 1019; SIMONETTA, *op. cit.*, p. 201; CAVALCANTI, *St. Fior.*, lib. III, cap. XIV e XVII e G. B. BRACCIOLINI, *op. cit.*, p. 146.

[3] Poteva aggiungere che queste esortazioni del Piccinino ebbero l'effetto di stringere in alleanza Guidantonio Manfredi coi Fiorentini. Cf. G. B. BRACCIOLINI, *op. cit.*, p. 146.

augere. Et vulgo dicebant amici eius, qui non pauci Florentie nec impotentes erant, hac via ostensa illico maiora consequerentur; ob hanc igitur opinionem nulla diligentia est habita ut retineretur. Sed cum finis ipsius stipendiorum venisset, Nicolaus Piccininus in cortonensem et perusinum agrum secedens, paucis post diebus se ad stipendia Philippi ducis mediolanensis ostendit, et Florentie tanquam proditor pingitur. Subindeque coniunctus cum hostibus una cum illis in agrum arretinum regressus, Castrum novum et Pontenanum, et quicquid castellorum sit inter Bibienam et Arretium cepit. Hic tumultus plurimum turbavit Florentinorum mentes; nec solum trepidare, verum etiam diffidere coegit. Erat enim multitudo hostium 1426 ingens; Florentinorum autem exercitus quam paucus. Insuper imparatus et fractus videbatur [1].

VIdcxxiiii.

Florentini tandem cum non immerito Philippi ducis Mediolani auctam potentiam timerent, ad Venetos respicere coeperunt; existimantes illis quoque formidandum esse ducis mediolanensis vires usque adeo augeri. Nec falsa quidem erat existimatio: formidabant enim ac moleste ferebant, gravemque illius propinquitatem futuram putabant civitati Venetiarum. Quibus rationibus Veneti ipsi unitam cum florentino populo societatem contrahunt, et adversus Philippum ducem mediolanensem bellum suscipiunt ultimo die mensis februarii.

Veneti cum populo florentino societatem faciunt contra ducem Mediolani

Philippus vero mediolanensis dux ubi hec tractari sensit, ne choirent simul civitates, pacem Florentinis obtulit. Sed tamen prelata fuit Venetorum et Florentinorum societas paci. Cui Philippo duci Florentini non satis credendum arbitrati sunt.

Veneti Brixiam urbem invadunt

Post Venetorum et Florentinorum societatem contractam, repente Brixiam urbem Veneti ipsi invasere. Quare conterritus mediolanensis dux confestim revocavit suas ex Etruria copias. Florentini quoque, bifariam partitis copiis, eorum unam partem in Galliam Cisalpinam misere, ut Venetorum exercitui iungerentur, et aliam partem ad recuperanda castella aretini agri prius amissa retinuerunt et castella quidem illa non sine difficultate recuperata sunt.

Castella aretina a Florentinis recuperantur

Brixia in potestatem Venetorum venit

In Gallia vero Cisalpina prospere bellum gestum est, Brixiaque in Venetorum potestatem devenit; cuius deinde arx vi et machinis vix expugnata est de mense novembris.

1427

VIdcxxv.

Exercitus ducis Mediolani a Venetis et Florentinis profligatur, et ceperunt tria milia equorum in Gallia Cisalpina.

c. 1427

Leonardus arretinus eligitur cancellarius Florentinorum.

Pax Florentinorum et Venetorum cum duce Philippo Mediolani et non servatur

Pax cum duce Mediolani facta fuit Ferrarie mediante cardinali Sancte Crucis Ferrarie legato Martini pape V [2]; nam ipse dux credebat quod per dictam pacem Florentini dimicterent Venetos solummodo in bello; et tandem non servata fuit; et deliberaverunt Florentini prosequi bellum cum ipsis Venetis contra dictum ducem, licet misisset oratores suos Lucam pro hac re; et deliberatum fuit Florentie a civibus eos non recipere nec audire.

1428

VIdcxxvi.

Bergamum datur Venetis a duce Mediolani post pacem factam

Inter Venetos et Florentinos ex una parte et [ex] alia inter Philippum ducem mediolanensem [pax facta est]; et ipse dux civitatem Bergami a duce Mediolani cum aliquibus castelis

24. *cod.* ammissa — 35. *il cod. dopo* recipere *ha* et — 37 e 38. *cod. om.* ex *e* pax facta est, *parole che il senso richiede*

[1] Per i fatti di questo anno 1425 segue BRUNI, *Comm.*, p. 933 e BUONINSEGNI, *Storie*, p. 25.

[2] Questa pace veramente fu conclusa, come dice più sotto, nel 1428. V'è, come si può vedere assai spesso, non poco disordine nella narrazione storica: uno stesso fatto è non di rado accennato più volte.

concessit Venetis; et pax conclusa fuit Ferrarie die XIX aprilis, et deinde servata fuit inter eosdem [1].

Secundus genitus rex Portugalie venit Florentiam et ibidem cum maxima pompa receptus fuit.

Verba dicta a duce Venetorum irritantia Florentinos contra dominum Luce

Firmata dicta pace, relatum fuit Florentinis, quod dux Venetiarum usus erat dicere: "Numquid Florentini scient se retinere, ut contra Paulum Guinisium dominum Luce bellum non indicant, ex eo maxime quod potius voluit suum filium [2] ad stipendia ducis Mediolani cum mille equitibus mictere, ut recuperaret Brixiam contra Venetos, quam Florentinorum stipendia sumere ", que verba ducis Venetorum satis Florentinorum animos contra dictum Paulum irritaverunt.

Bellum ergo aliud contra dominum Luce rursus hoc modo renascitur longe periculosius quam preteritum; irritatum est enim ex huiusmodi causa.

Nicolaus Fortebraccius in agrum lucensem hostiliter vadit

Nicolaus Fortebraccius, Braccii sororis filius, cum aliqua equitum manu inter copias florentini populi per Galliam Cisalpinam militaverat. Hic finito bello in Etruria rursus, cum ad ceterorum exemplar stipendia, utpote recepta pace, sibi minuerentur, non tulit ille quidem neque assensus est. Sed per id ipsum tempus maiores sibi copias parare contendit. Et vulgabatur illum in Umbria, quoniam inde sibi origo foret, aliquid esse moliturum. Cum ergo ad aliquem modum auctus iam esset, repente in agrum lucensem profectus regionem totam subita clade involvit. Lucensibus per id tempus dominabatur Paulus Guinisius, eratque cum illo pax Florentinis. Odia tamen suberant, quod bello brixiensi cum duce Philippo mediolanensi senserat; filiumque eis cum mille equitibus certe ad eum miserat. Itaque et si, ignara civitate, impetus Nicolai Fortebraccii erat factus, tamen quia cause suberant, ac ex florentinis oppidis moverat, suspitionem prebuerat quasi occulta civitatis Florentie opera factus impetus fuisset. Qua opinione multi florentinorum locorum his locis finitimi ad predam rapinamque concurrerant, ut iam non integra res civitati, sed coepta quodam modo videretur; punire enim trangressores pre multitudine non licebat. Denique reiectis maioribus civibus florentinis gravioribusque qui adversa suadebant [3], concursu multitudinis bellum suscipitur. Et deinde....

Decem balie a Florentinis creantur pro sex mensibus die XV novembris.

VIDCXXVII. 1429

Karolus VII rex Francorum coronatur cum iam gubernasset regnum destructum ab Anglicis septem quasi annis. *c. 571*

Civitas vulterrana defecit a Florentinis et statim rediit

Civitas vulterrana defecit a Florentinis, ex eo quia volebant bona ipsorum ponere in catastum; et statim ex consensu eorum rediit ad dominationem Florentinorum; et tantum vulterranus Iustus Antonii princeps factionis interfectus fuit [4]. Nicolaus Ferrarie marchio Ugonem, ex concubina filium adolescentem, quoniam novercam adulteraverat, una cum uxore

---

7. *cod.* incidant — 9. *cod.* summere — 17. esse] *cod.* esset — 18. *cod.* auctum

[1] Si noti che qui giustamente pone la conclusione della pace al 19 aprile, mentre il Buoninsegni e il Pitti la pongono ai 16 aprile, confondendo con la data della promulgazione della pace che fu fatta in Firenze il 16 maggio.

[2] Ladislao aveva anche combattuto contro il conte di Savoia alleato dei Fiorentini: cf. BIGLIA, *Histor. patr.*, p. 100. Il signore di Lucca era stato compreso nella pace soltanto come alleato de' Fiorentini, e, quindi non avrebbe avuto alcun diritto ad esser difeso, se i Fiorentini non avessero più voluto trattarlo come alleato: cf. PERRENS, *op. cit.*, VI, 303.

[3] Cf. NERI CAPPONI, *Comm.*, p. 1166.

[4] Veramente la ribellione di Volterra ebbe principio nel 1427, perchè fu appunto nel maggio di quest'anno che fu stabilito il Catasto. Si provvide a sottomettere Volterra il 19 luglio seguente: cf. *Commissioni di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, III, 173. Il capo della ribelle città è chiamato dalla *Cronichetta volterrana* nell'Arch. stor. ital., appendice III, 321, Giusto d'Antonino Landini, mentre il Cavalcanti lo chiama Giusto Contugi. La cittadella fu presa nel novembre del 1429, ed è perciò che il Sozomeno ne parla a questo anno.

Virgo puella expugnat urbes Francorum

capitali sententia damnat. Cum bellum inter Anglicos et Gallos diu traheretur, Anglorumque vires in dies florerent, excitatus est spiritus puelle ex ducatu barensi, ac quasi dote prophetici spiritus regi indixit eo modo deberi bellum administrari, ibi ducenda acies, illo modo expugnari urbes, et reliqua que ad rem militarem pertinere videntur: tantaque facundia preclara puella tantoque ordine cuncta disserebat, ut summa totius rei illi uni mandaretur; quare cum Anglici aurelianensem urbem obsiderent, ut facilius Loyra fluvio potirentur, mortuo ex bombarde ictu duce comite salisberiensi, cuius nomen apud Gallos formidabile erat, cum reliquo exercitu gallico, puella duce, conseruerunt; victi Anglici, plures in bello occisi, alii capti et ex his plerique proceres, nonnulli sibi fuga consuluere; ita civitas obsidione liberata est: tantamque auctoritatem hec victoria puelle prebuit, ut e celo delapsam ad salutem Gallorum dicerent; plures urbes, nonnulla oppida ab Anglicis defecerunt, Gallorum partes secute; tandem in quodam levi et excursorio prelio apud Compiegnum oppidum anno XXX supra mille quadringentos capta. Cum non plus duobus annis in tanta felicitate viguisset, apud Rothomagum a duce Bethfor igne cremata est.

Cum Nicolaus Fortebraccius hostiliter villam Basilicam [1] et quedam alia Luciensium castella [2] Florentinis consignasset, florentinus exercitus deinde obsedit Collodium castellum et subegit [3], et etiam Montem Carlum, et quedam alia oppida lucana cepit: quibus subactis, in obsidione Luce castra posuit: et Luca sic obsessa et aggere circumdata, ut vana spe Philippus Brunelleschi filius et architectus Florentinis persuaserat, aqua fluminis Serchii per aggerem inundari posse. Et aqua cum inundare coepisset, nedum fossas impleret, sed potius retrocederet in Serchii flumen; et sic diu in longum Luce obsidio vana fuit [4]. Et negligentia predictorum decem balie [5] [Florentini] non conduxerunt comitem Franciscum Sfortiam, qui tunc venisset ad Florentinorum stipendium; et si numeravissent eidem xxv milia florenorum, obligabat se non venturum ad subveniendum Luce; nec presidiumque eidem dare.

1430

VIDCXXVIII.

Bugianum castellum capitur et Astignanum comburitur a comite Francisco Sfortia

Comes Franciscus Sfortia interim Lucam obsidione liberavit, a Paulo Guinisio domino Luce vocatus; bono interim consilio exercitus florentinus ad Librefracte menia sponte sua se recipienti. Paulo post comes Franciscus Sfortia circa Nebulam fluvium cum exercitu profectus Pisciam oppidum oppugnavit, ac vici Bugiani oppidum cepit, Astignanique castellum igne desolavit. Nec multo post ipse Paulus Guinisius qui Luce dominabatur, suorum civium dolo captus cum omnibus filiis suis [6], Mediolanum transmictitur, ac carcere diuturno ibidem moritur.

c. 571 v

Paulus Guinisius dominus Luce captivus Mediolanum transmictitur. Martinus papa V Rome moritur

Martinus papa V romanus de Columna Rome moritur die XIX februarii [7], vir in suo pontificatu prudentissimus ac felicissimus. Namque in assumptione sua cum Ecclesia romana nihil possideret, deinde tamen omnia Ecclesie iura reassumpsit adeo quod in felicissimo statu Ecclesiam romanam reliquit.

---

6. Loyra] *il cod. ha* era — 22. Florentini *om. cod.* — 27. *cod.* Librefacte — 28. *cod.* recipientibus — 29. *cod.* vicum

[1] Villa Basilica fu occupata un po' dopo dall'esercito di Fortebraccio; cf. NERI CAPPONI, *Comm.*, p. 1168.

[2] Pontetetto, Pietrasanta e Camaiore.

[3] Veramente la presa di Collodi fu assai più difficile di quello che si sarebbe creduto, e poco onore vi si fece il commissario fiorentino Rinaldo degli Albizzi: cf. CAVALCANTI, appendice II, p. 416 e le *Commissioni di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, III, pp. 286, 291, 326, 332.

[4] Il Brunelleschi nel decembre del 1429 aveva proposto di deviare il Serchio. Neri Capponi derise l'architetto, dicendo che avrebbe fatto intorno a Lucca un mare di ranocchi (*Comm.*, XVIII, 1169); e infatti, quando nel giugno del 1430 l'opera era quasi compiuta, i Lucchesi ruppero la diga e inondarono i Fiorentini, che furono costretti a ritirarsi verso Camaiore. Il Morelli, *Delizie*, XIX, 87, lamenta la perdita di tempo che fece fare quell'impresa da ragazzi: costò 40 000 fiorini e altro non produsse che onta e danno.

[5] Il Sozomeno riversa tutta la colpa di ciò sulla balìa di quest'anno: il Cavalcanti invece ne dà colpa alla poca abilità degli ambasciatori che i Dieci avevano mandato allo Sforza (*Storie*, lib. VI, capp. XXVIII e XXIX).

[6] Cf. NERI CAPPONI, *Comm.* Il Buoninsegni, *Storie*, p. 34 dice che fu mandato a Milano con un sol figlio.

[7] Martino V morì il 20 febbraio del 1431. Il Buoninsegni lo dice morto il 18 (*Storie*, p. 35), il Bonincontri il 22. Cf. invece PASTOR, *Storia dei papi*, I, p. 209.

Solis facta defectio.

Eugenius papa IIII

PONTIFICUM CCXVII EUGENIUS IIII ANNIS XVI.

Eugenius papa IIII venetus die XI martii[1] Rome eligitur, et in suo pontificatu multa infortunia passus est, et in fine Rome moritur satis felix, ut suo tempore dicetur. Hic in principio sui pontificatus contra Columnenses et alios finitimos bella gessit varia fortuna. Nam vir bonus reputatus fuit et audax, si nimium quibusdam suis aures suas non inclinasset, eis fidem adhibens, credens bene facere.

Comes Urbini dux exercitus Florentinorum eligitur

Decem viri balie Florentie creantur pro sex mensibus et inceperunt de mense iunii. Comes Franciscus Sfortia civitatem lucanam postquam reduxit ad libertatem popularem, et dominus Paulus Guinisius cum filiis fuit captus et spoliatus paucis pecuniis sed multis margaritis et rebus pretiosis et siricorum multa quantitate, et cives ordinaverunt Lucam ad regimen populare. Tunc multi cives florentini potentes volebant quod, postquam Luca erat in libertate et dominus expulsus, cum quo habebant simultates, ut omnino fieret pax, et restituerentur castella Lucanis et cum eis concorditer viverent, et tandem, multitudine populi prevalente, prosecutum est bellum cum Lucanis[2]. Et comes G. de Urbino factus fuit dux belli et exercitus Florentinorum, ex eo quod milites florentini, non habentes ducem, nullum in pugnis habebant ordinem militarem[3]. Et deinde magis hostiliter Florentinorum dux cum exercitu Lucam obsedit, postquam comes Franciscus Sfortia cum Florentinis concordiam et pactum fecerat et promissum fuit ut sibi numerarentur quinquaginta milia florenorum. Et deinde comes Franciscus ad Mirandolam cum suo exercitu profectus est. Interim vero cum fama esset Nicolaum Piccininum se venturum ad succurrendum Lucam obsessam, Florentini etiam cum eo habuerunt clandestina colloquia in conducendo filium suum ad eorum stipendia, dummodo promicteret se non venturum[4]. Et tandem irrita fuerunt. Et similiter Veneti requisiti fuerunt a Florentinis ut contra ducem Mediolani bellum incitarent. Quod nec facere deliberarunt, et sic res in maximo discrimine deducta est.

Exercitus florentinus apud Lucam a Nicolao Piccinino profligatur

Rursus igitur Nicolaus Piccininus missus a duce mediolanensi, civitate lucana maiori vi existente obsessa, et iam ad extremum conducta, repente florentinum exercitum obpugnans obsessores profligavit die secundo mensis decembris. Et post pugnam Nicolaus Piccininus pisanum florentinumque invadens agrum[5], expugnavit castellum Calcii et Sanctam Mariam a Trebio et Pontem saccum et quedam alia castella[6].

Senenses defecerunt a Florentinis

Senenses inter hec aperte defecerunt a Florentinis iampridem infensi Luce obsidioni per quam nimia a Florentinis vicinis dominandi potestas deprendebatur, ac suspecta iam pridem Senensibus erat florentine civitatis potentia.

Decem balie Florentie creantur die XV decembris.

c. 57²

Nicolaus Piccininus descendit in arretinum et florentinum agrum multa castella capiens

Nicolaus Piccininus post conflictum lucanum non prius destitit quam a Luca Senas usque sibi viam aperuit; ipseque eo profectus Stagiam oppidum obsedit. Inde in Arretinos spe proditionis tractus, cum detecta proditio esset, castella in his locis subita improvisaque vi complura cepit. Hoc bellum maxime florentini populi opes attrivit, ac in summum discrimen

---

15. *il cod. ha* N — 19. fecerat] *cod.* faciens — 32. a] *cod.* ac — 36. sibi] *cod.* ibi; *correggo col Bruni*

[1] Data erronea. L'elezione di Eugenio IV avvenne il 3 marzo del 1431: cf. BUONINSEGNI, *Vita di Eugenio IV* (III, 2, 868 sgg.) e INFESSURA, *op. cit.*, p. 16. Il Bonincontri (*Ann.*, p. 137) pone questa elezione come avvenuta l'11 marzo. Il Bonincontri, e quindi il Sozomeno, hanno confuso la data dell'incoronazione con quella dell'elezione.

[2] Questo dibattito fra i due partiti si vede riferito nella *Cronica di* SANT'ANTONINO, parte III, tit. XXII, cap. IX, fol. 136, Lugduni, 1543; ove è anche riportato il discorso che in tale occasione tenne Niccolò da Uzzano per dissuadere i Fiorentini dal fare la guerra.

[3] Su questo disordine nell'armata fiorentina qui appena accennato cf. PERRENS, *op. cit.*, VI, 341 e specialmente le *Commissioni di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, III, p. 269 sgg.

[4] Nè di questi tentativi fatti dai Fiorentini per distogliere il Piccinino dal suo proposito, nè dell'altro tentativo di eccitare i Veneziani contro il duca di Milano parla il Cavalcanti.

[5] Prima aveva occupata tutta la Lunigiana e la Garfagnana. Cf. NERI CAPPONI, *Comm.*, pp. 1171-1172 e BRACCIOLINI, *op. cit.*, pp. 149-150, ove tali fatti sono esposti molto più ampiamente.

[6] Cf. BONINCONTRI, *Ann.*, p. 137, che qui il Sozomeno riprende come fonte, insieme con L. BRUNI, *Comm.*, p. 935.

adduxit, cum et pisana civitas vix et anxie in potestate florentina retenta sit; et omnia quasi castella pisani vulterranique agri fuerint amissa, et in Arretinis fluctuarent omnia; et in florentino etiam agro castella quedam Senenses occupassent. Intraque urbem florentinam cives exinaniti sunt, et erarium penitus exaustum. Querelarum itaque plena erant omnia, ut fieri solet in populo florentino male succedentibus rebus. Nec quicquam erat odibilius quam hi cives quorum opera bellum quoque fuerat susceptum.

Veneti contra Philippum ducem Mediolani bellum reassumunt

Missio preterea comitis Francisci Sfortie et Nicolai Piccinini in Etruriam a Philippo duce Mediolanensi cum processisset, iterum flagitantibus Florentinis ut Veneti per Galliam Cisalpinam adorirentur, ob eam resumptum fuerat bellum adversus eum, ac deinde per Galliam quoque varia eius belli fortuna modo Venetos modo ducem mediolanensem afflixit.

Concilium basileense celebratur [1].

1431

VIdcxxix.

Genuenses maritimo bello a Florentinis et Venetis profligantur

Mediolanensis classis Genue preparata in ipso quoque Genuensium litore Venetis et Florentinis superantibus profligatur, undecim navibus longis in fugam coactis, de augusti mense; et captus fuit Spinola dux classis [2].

Sigismundus imperator in Italiam venit

Sigismundus imperator, fervente bello Venetorum et Florentinorum cum Philippo duce Mediolani, in Italiam venit, et nec magnas copias secum adduxit, utpote qui in Philippi ducis Mediolani potentia opibusque fundamenta sui transitus collocasset. In Gallia Cisalpina longiori mora per hiemem tracta, cum Mediolani primum deinde Parme desedisset, in Etruriam transiit, et Luce per aliquos menses moram traxit.

Decem balie Florentie creantur per sex menses de mense iunii.

Philippi ducis Mediolani equites sub Toporio a Florentinis equitibus profligantur

Ob Sigismundi imperatoris adventum Italie civitates erectis animis vel timore vel spe suspense perstabant, magnum profecto aliquid moliture. Sed imminuit imperatoris auctoritatem quod his ipsis diebus missi equites Philippi mediolanensis ducis magna strage ab equitibus florentini populi sub Toporio oppido profligati sunt. Qua victoria equites florentini elati, postquam in urbem lucanam venisse imperatorem cognoverunt, eo vadentes ad ipsas prope Luce portas posuerunt castra; cunctaque circum urbem populati sunt, intus manente imperatore, ac prohibere vastationem nequente [3]. Hec res et his qui erigebantur ob eius adventum fiduciam eripuit, et his qui formidabant metum ademit.

Post hec, traductis Florentinorum copiis in agrum senensem, ut illic quoque vastarentur segetes, duces florentini parum admodum circa ea loca commorati in fines Arretinorum sese receperunt, causantes commeatum senensi in agro sibi deesse.

c. 572 v

Sigismundus imperator de civitate lucensi Senas profectus est

Sigismundus imperator, cum Florentini equites in agro arretino moram traherent, proficiscendi Senas facultatem nactus, illuc festinavit, et Senis honorifice receptus fuit, ubi per aliquos menses moram traxit.

Decem balie Florentie creantur de mense decembri pro sex mensibus.

1432

VIdcxxx.

Sigismundus imperator Rome coronatur

Sigismundus tandem Senis Romam proficiscitur de Eugenii pontificis voluntate et ab ipso pontifice solempniter Rome imperator coronatus est [4]. Et demum Sigismundus sic coronatus

---

4. *cod.* exicianiti: *correggo col Bruni*

[1] Il Bonincontri (*Ann.* p. 137) parla del concilio di Basilea all'anno 1431. La bolla di Martino, con cui s'indice il Concilio di Basilea, ha la data del primo di febbraio 1431 (Laerzio Cherubini, *Magnum bullarium romanum*, p. 333, Lione, 1673). Si noti che il Sozomeno null'altro dice di questo concilio a bella posta, forse perchè quel concilio avversò l'autorità pontificia.

[2] Sulla battaglia di Rapallo, avvenuta il 27 agosto 1431; cf. col Cavalcanti *op. cit.*, e col Buoninsegni, *Storie*, che la narrano con la dovuta ampiezza.

[3] Ebbero i soldati tedeschi anche a subire degl'insuccessi: cf. P. Bracciolini, *Ist.*, lib. VII, p. 379. Secondo l'Ammirato, tomo II, lib. XX, p. 1082, fu solo perchè così parve meglio ai Fiorentini lasciarlo andare che potè uscire da Lucca e andare a Siena.

[4] L'incoronazione dell'imperatore Sigismondo av-

Roma abiens per tudertinum et perusinum agrum profectus, Ariminum petiit. Inde per Ravennatem trans Alpes abivit, et quidem tanta varietate vel animi vel fortune ut inimicissimus Philippo duci Mediolani abierit, cuius favore atque opibus Italiam intrasset, Venetorum autem, quibus maxime inimicus venerat, amicissimus recederet. Cum Florentinis quoque, licet apud Lucam graviter ab his offensus, non inimico esse animo visus est, tentavitque in recessu illo suo Florentiam venire, sed, non recipiente populo, aliud iter secutus in Ungariam rediit.

Sigismundus in Ungariam rediit

Nicolaus de Tolentino ad stipendium Florentinorum conducitur cum mille sexcentis equitibus, et recessit a ducis Mediolani stipendio [1]; et deinde dictus Nicolaus prope turrim sancti Romani equites ducis Mediolani profligavit. Et aliqua castella in agro pisano a duce Mediolani occupata recuperavit.

Equites ducis Mediolani ab equitibus florentinis profligantur

Veneti et Florentini in civitate Ferrarie de mense aprilis [2] cum Philippo duce Mediolani pacem confirmàverunt factam per marchionem Ferrarie et marchionem Salutii: ab utraque parte roborata ac firmata fuit. Et Bergamum remansit Venetis, et Florentinis restituta fuerunt omnia castella ablata [3]. Decem balie Florentie creantur de mense iunii. Comes Franciscus Sfortie filius, qui cum equitatu apud mediolanensem ducem militaverat per spetiem alleviande militie a duce Mediolani relaxatus in Picentes devenit. Ibi cum dedentia sese oppida permulta suscepit, elatusque successu iter in Apuliam ab initio destinatum obmictere statuit: ac circum ea loca víres suas expandit.

Comes Franciscus in Picentes multa oppida capit

VIDCXXXI. 1433

Cosmas cum quibusdam civibus relegatur

Florentie quoque de mense septembris vehemensque in republica mutatio fuit, Bernardo Guadagno tunc existente vexillifero iustitie, fato quodam misero, cum quidam factiosi cives Cosmam ex medica familia et quosdam alios cives florentinos in exilium miserint, perturbantes tunc omnem rempublicam florentinam; sed paulo post ut infra dicetur, in factiosorum pernitiem fuit finis. Nam quasi per annum tota civitas florentina commota est, et quasi nil roboratum in republica stetit [4].

VIDCXXXII. 1434

Eugenius ab urbe Roma discedens Florentiam venit

Eugenius [5] pontifex, interdum Picentes ab eo defecerint, trepidare coepit. Et precipue cum Nicolaus Fortebraccius, sororis Braccii filius, qui modo sub eo pontifice militaverat, alienatus atque infensus pontifici, quasi eum opprimere dolo tentasset, magnoque tumultu Tybur occupasset, indeque bellum Rome gravissimum inferebat. Intra urbem Romam vero nihil sani nec pacati videbatur. Nec satis Eugenii prospera tunc erat fama, presertim quia pontificatum tranquillissimum a Martino predecessore suo susceptum, ipse confestim magnis turbationibus involvisset. Concilium item Basileense isto tempore celebrabatur, et illuc quidam *c. 573* cardinales profecti erant, et ipsius pontificis nepos et cardinalis atque camerarius a Romanis

---

2. varietati vel animi] *cod.* varietas vel amicorum: *correggo col Bruni* — 12. *cod.* Salustii

venne non nel 1432, ma il 31 di maggio del 1433 (cf. INFESSURA, *op. cit.*, p. 30). Di qui riprende a seguire il Bruni, *Comm.*, p. 936.

[1] Cf. BONINCONTRI, *Ann.*, p. 138, che dice la defezione avvenuta nel 1431: vedi anche NERI CAPPONI, *Comm.* Ma veramente nel 1432 la repubblica di Venezia aveva sostituito a Micheletto Attendolo il Tolentinate.

[2] La pace di Ferrara fu fatta il 26 aprile 1433. Anche il Bonincontri per errore disse questa pace avvenuta il 22 aprile 1432 (*Ann.*, p. 140). Le trattative di pace erano incominciate molto prima, e la pace era stata proposta dal duca di Milano fino dal decembre del 1431. Vedi per tutto ciò MORELLI, *Delizie*, XIX, 107, e *Commissioni di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, III, 539-540.

[3] Vedi le condizioni precise della pace nelle citate *Commissioni*, III, 544 e in NERI CAPPONI, *Comm.*, XVIII, 1179.

[4] La nuova balìa, appena nominata, il 7 settembre bandiva a Padova Cosimo e Averardo de' Medici a Genova: vedi G. CAMBI, *Delizie*, XX, 183 e specialmente AGENORE GELLI, *L'esilio di Cosimo de' Medici*, nell'Arch. stor. ital., X, 1882.

[5] Si riprende la solita fonte del Bruni, *Comm.*, pp. 936-937.

captus in Capitolio detinebatur. Qua de re Eugenius pontifex Rome consistens magnis vexationibus premebatur. Quibus tandem ex urbe Roma clam fugere coactus mari Pisas elatus est. Indeque Florentiam veniens XXIII die mensis iunii[1] honorifice a Florentinis susceptus est, et ibidem aliquandiu resedit.

Florentinorum et Venetorum equitatus apud Imolam a Nicolao Piccinino profligatur. Nicolaus Tolentinas captivus Mediolanum mictitur

Eugenius pontifex Florentie commorans multa tentavit, nec satis quieti ac paci congruentia[2]: et illud in primis quod Bononienses vi et armis cogere in sua imperia volebat. Ex quo turbationes orte graves, ac pene in bellum reditum. Bononienses enim ab illo vexati, ducis Philippi mediolanensis auxilia confestim vocavere, copiis hinc inde coactis. Florentinorum Venetorumque equitatus Eugenio pontifici concessus est. Deinde non longe ab Imola urbe a Nicolao Piccinino profligatur: duxque copiarum florentini populi Nicolaus Tholentinas Mediolanum captivus transmictitur.

Cosmas et alii cives florentini ab exilio revocantur, et alii multo plures in exilium mictuntur

Florentie quoque iterum in republica vehemens mutatio fuit de mense septembris, Nicolao Cocchio[3] vexillifero iustitie existente, nam volentes multi cives Cosmam et alios exules Florentiam revocare, et alii cives alterius factionis satis potentes ac arma sumentes[4], quodam modo Deo non permictente ut tam magnifica civitas destrueretur, et etiam magnificorum dominorum auctoritate arma deposuerunt[5]. Et tandem Cosmas et alii exules precedenti anno expulsi in civitatem florentinam revocati sunt, ac pristine seditionis auctores ac fautores multi plures quam prius exules facti sunt. Nam, Cicerone teste, acriores sunt morsus interposite libertatis quam retente. Et deinde florentina respublica reformata fuit.

1435

VIDCXXXIII.

Concordia facta cum Eugenio et duce Mediolani, intervenientibus Venetis et Florentinis

Concordia[6] inter Eugenium pontificem et Philippum Mediolani ducem firmata est, Imolaque et alia quedam Flaminie oppida pontifici restituta, stabilitaque pax, iterum cum Florentinis et Venetis inita confederatione, in qua Veneti et Dux mediolanensis et Florentini comprehensi sunt, eo pacto ut si quis eorum alterum offenderet, ceteri omnes adiuvare eam partem, que offensa foret, tenerentur. Hec et solemniter facta et plena maxime spei durationem minimam habuerunt.

Alfonsus rex Aragonus cum duobus fratribus suis a Genuensibus capitur, et a duce mediolanensi liberatur

Novarum iterum rerum causa fuit ex eo quod Genuenses Alphonsum Aragonum regem non procul Gaieta navali prelio superatum cum duobus fratribus suis ac magna procerum multitudine ceperunt. Dux vero deinde mediolanensis eum regem fratresque Mediolanum traductos et humanissime suscepit, ac liberalissime dimisit, mirabili certe magnificentia fretus in duobus simul regibus ac tot proceribus liberandis. Sed ea liberalitas Genuam amictendi causa fuit. Genuenses enim usque adeo indigne tulerunt regem Aragonum sibi inimicum absque ullo eorum respectu esse dimissus, ut ducis mediolanensis, iugo repulso, in libertatem

Genuenses a duce Mediolani defecerunt

---

[1] Questa data esatta è aggiunta dal Sozomeno al testo del Bruni. Per le pompose accoglienze fatte al papa dai Fiorentini vedi la lunga e particolareggiata descrizione d'anonimo nella *Historia Florentina*, *RR. II. SS.*, XIX, pp. 976-977. Il Sozomeno e il Bruni sono un po' favorevoli al papa, e tacciono della rivoluzione contro di lui scoppiata in Roma il 29 maggio per le miserie interminabili della guerra dai Romani sopportate, e la vergognosa fuga per cui a stento il pontefice si salvò dalla furia de' sollevati. Vedi PASTOR, *op. cit.*, I, p. 318.

[2] Intorno alla dimora di Eugenio IV in Firenze e all'opera sua a beneficio soprattutto delle chiese fiorentine e della diocesi intera vedi minute notizie nella *Cronica di* SANT'ANTONINO, parte III, fol. 139 sgg. In quest'opera Sant'Antonino giudica con severità, ma con giustizia, l'opera di quel pontefice: in alcune parti però il suo racconto è assai simile a quello del *Comm.* di Leonardo Bruni, in modo che è da ritenere l'uno essere stato fonte dell'altro.

[3] Veramente fu Niccolò di Cocco Donati: cf. NERI CAPPONI, *Comm.*, p. 1182 e CAVALCANTI, *op. cit.*, lib. X, cap. I, p. 559.

[4] L'avversa fazione, che aveva per capo Rinaldo degli Albizzi, si armò potentemente, e fece leve di soldati proprio sotto gli occhi dei Signori nella Piazza della Signoria (cf. le *Commissioni di* RINALDO DEGLI ALBIZZI, III, 658, appendice). Vedi anche PERRENS, *op. cit.*, VI, p. 415 sgg.

[5] È qui inesatto, perchè non fu veramente per l'autorità della Signoria che i nemici de' Medici deposero le armi; ma per intromissione di papa Eugenio IV che ebbe a servirsi dell'opera mediatrice del Vitelleschi; cf. PERRENS, VI, 419-420.

[6] Cf. BRUNI, *Comm.*, p. 137 che qui si torna a seguire.

se vindicarent. Florentini et Veneti eam defectionem usque adeo gratam susceperunt [1], ut non abstinerent ab auxiliis prestandis, ut Genuenses se in libertatem magis firmarent, et annona primum et mox militum auxiliis eos iuvarunt. Nam ducis mediolanensis potentia nimium se extendebat, ac eius animus crescendi cupidus in imperio infidam ac suspitiosam *c. 573* confederationem pridem factam reddebant.

VIdcxxxiiii. 1436

Ecclesia florentina metropolis dedicata fuit

Ecclesia florentina metropolis ab Eugenio papa IIII die xxv martii [2] solempniter dedicata fuit. Cuius rei gratia pons ligneus incredibili celeritate ac mirabili opera edificatus est ab ecclesia fratrum Predicatorum, ubi pontifex habitabat ad ipsam ecclesiam florentinam que erat dedicanda. Is vero pons non solum ad magnificentiam pertinuit, verum etiam ad necessitatem. *Pons ligneus* Tantus enim in ipsa dedicationis die concursus hominum fuit ex agro ac finitimis oppidis, et ex ipsa multitudine urbana, ut complerentur omnes aditus, omnesque vie, nec pontifex cum suis cardinalibus et prelatis transire unquam pre nimia turba potuisset, nisi pons ad hoc ipsum superiectus viam eis prebuisset. Incepit autem is pons a porta ipsa ecclesie Predicatorum, inde novam plateam secans usque ad caput vie que ducit ad ecclesiam sancte Marie Maioris, perque ipsam viam ubique continuato ponte usque ad templum Baptiste, proximamque subinde ecclesiam dedicandam pervenit. Erat vero latitudo pontis circiter brachiorum quattuor, pedesque lignei transversa substentabant tigna. Super his vero tabulata erant. A lateribus vero colunne, paribus inter se distantibus spatiis, insurgebant in altitudinem brachiorum septem: he ad pavimenti tigna infixe, aliis rursus exilioribus tignis in extrema altitudine vinciebantur. Super his vela erant, quibus pons tegebatur universus cum papilionibus utrimque pendentibus. Pavimentum rursus ab utroque latere usque ad zonam hominis auleis erat munitus. Per hunc pontem incedens pontifex magna et ipse pompa, magnoque ornatu cum omnium cardinalium prelatorumque multitudine ad ecclesiam florentinam metropolim pervenit, spectante populo de inferiori loco, et tantum pontis ornatum, ac tam venerabilem pompam cum letitia intuente Sozomeno presbytero huius chronice auctore et predicta omnia vidente [3]. *Testudo seu tribuna Florentie* Fuerat enim huius ecclesie florentine testudo sive tribuna istis diebus completa a Philippo florentino architectore nullis substentaculis ligneis, quod mirabile fuit universo populo et mihi sic edificata. Nam eius altitudo ad brachia centum quinquaginta est erecta; et etiam mirabilius fuit quod unus aut duo boves circumeundo quibusdam archis tectis ligneis et fune lapides septem milium librarum et ultra ascendere faciebat usque ad testitudinis altitudinem; et ego ipse testimonium perhibeo, qui fortasse si non vidissem huius architecture opus mihi persuadere ad credendum difficile fuisset [4]. Require supra annis Christi 1294, et annis mundi VIccccxcii de eius fundatione et mensura [5].

Eugenius papa IIII Florentia abiens Bononiam proficiscitur

Eugenius papa IIII post ducis mediolanensis confederatione et post etiam prius Bononiam in suam potestatem receptam, Florentia abiens Bononiam cum sua curia profectus est de mense aprilis.

Luca deinde rursus obseditur a Florentinis ex huiusmodi causa. Venerant in agrum lu-

---

1. *cod.* vendicarent — 4. *cod.* ad imperium infidam ac — 31. *cod.* architectis — 32. *cod.* altitudinis

[1] Veramente l'aiuto delle due repubbliche fu richiesto dai Genovesi. Per la rivolta di Genova e per l'alleanza di essa coi Fiorentini e coi Veneziani cf. Bracelli, *De bello hispan.*, lib. IV.

[2] Anche questa data esatta (cf. *Hist. florentine* d'anonimo, cit., *RR. II. SS.*, XIX, p. 979) il Sozomeno aggiunge al testo del Bruni.

[3] Fin qui ha seguito fedelmente il Bruni, *Comm.*, p. 938.

[4] Quest'ultima parte che il Sozomeno aggiunge alla descrizione del Bruni è esatta, e si può confrontare con le descrizioni che di quella pomposa festa fecero Vespasiano da Bisticci, *Vite*, I, 14 sgg. e Giovanni di Cino Calzaiuolo in un capitolo ternario edito in Lami, *Catal. mss. Riccard.*, p. 216 sgg. Vedi anche Cesare Guasti, *La Cupola di Santa Maria del Fiore*, pp. 9, 37, 89, Firenze, 1857, e C. I. Cavallucci, *Santa Maria del Fiore*, Firenze, 1881.

[5] È nella parte del *Chron.* rimasta ancora inedita.

Nicolaus Piccininus cum exercitu ducis Mediolani in agrum pisanum descendit [illegible]

censem permagne equitum copie Philippi mediolanensis ducis. Ducebat autem eas copias Nicolaus Piccininus, petebatque a Florentinis ut pacate sibi transire in Senensium fines liceret; et cum sibi a Florentinis non concederetur, descendit in agrum pisanum, et cepit Sanctam Mariam in Castello et Filettolum castellum.

Iohannes Vitellescus, patriarcha alexandrinus, cum Ecclesie militibus cepit Vetrallam, Civitatem veterem, Carcerium, Sanctum Severum et Bledum castella prefecti [1]: et paulo post cepit prefectum in arce Vetralle, et eum decapitari iussit in Soriano [2].

Iohannes patriarcha prefatus in Casentinum proficiscitur, et in introitu suo cepit Pratum veterem, et per trimestre commoratus est ibidem; et antequam recederet donavit dictum castellum Florentinis, deinde in agrum romanum proficiscitur, ibique destruxit Franciscum de Savellis comburens et dissipans multa castella ipsius, videlicet Stazanum, Savellum, Albanum, Roccham priorem, in qua erat coniunx ipsius pregnans, et dimisit eam bene sociatam.

Iohannes patriarcha perrexit in maritimam romanam confinem Campanie, et cepit Sezam oppidum ex concordia cum tribus milibus equitum et duobus milibus peditibus, et recedens in eadem maritima romana castrametatus est contra Pipernum castellum; et illuc superveniens comes Antonius de Ponte Here Pisarum, una cum domino Riccio de Monte Chiaro cum octingentis equitibus et duobus milibus et quingentis peditibus ad succurrendum, patriarcha, ibidem inita pugna, profligavit eos, et captus fuit dictus Antonius cum omni exercitu suo, excepto dicto Riccio cum tribus equis evadendo, et recepit dictum oppidum quibusdam cum federibus. Deinde idem patriarcha profectus contra Somninum [3], castellum comitis Fundi, et post debellationem Somnini vi capti, ibi extra menia ad iactum lapidis iussit dictum comitem Antonium super ramum olive suspendi [4]; qui comes tenebat istas civitates et oppida, videlicet: Ananiam, Ferentinum, et Verolem et Alatrum, et alia forte XII castella in campania romana sita; que omnia ex concordia recepit.

Iohannes patriarcha prefatus deinde iter recepit contra dominum Laurentium Columnam, Penestrine dominum, et cepit dictam civitatem ex defectione aque [5], et quedam castella, videlicet Gallicanum et Zagarolum, Sanctum Georgium [6], Passeranum, Castrum novum et civitatem Laviniam; et dictus Laurentius ex compositione recedens perrexit in regnum Sicilie citra Farum dividens Italiam, et dictus patriarcha rediit Romam hiemare. Et interim dictus Laurentius Columna, rediens cum auxilio regis Aragonum existentis in Gaeta, furtim recepit castellum Zagaroli [7], quod audiens Patriarcha statim cum exercitu suo perrexit contra Zagarolum, et ibi persistens per mensem cum dimidio, prius habito acerrimo prelio, vi machinarum et tormentorum et ignis recepit: ubi victoria non fuit sine morte multorum ex utraque parte, licet maior fuit pars perempta et vulnerata patriarche; et dictus Laurentius captus a Patriarcha missus fuit ad Eugenium papam IIII, qui deinde benigne recipiens eum a captivitate liberavit [8].

Karolus, rex Francorum VII, recuperavit Parisium et Gallorum regnum quasi deperditum, fugatis de toto regno Anglicis.

---

20. *cod.* proficiscitus — 23. *cod.* Vicrolem

[1] Questi castelli erano del prefetto della città Giacomo da Vico.

[2] Fu solo in ricompensa di questa prima impresa del Vitelleschi che questo fiero uomo ebbe la dignità di patriarca d'Alessandria e l'arcivescovado di Firenze. Vedi PASTOR, *op. cit.*, p. 220. Inesattamente quindi il Sozomeno lo chiama fin d'ora "patriarcha Alexandrinus ".

[3] Non Sonnino, ma Scantino fu il castello assediato dal Vitelleschi (GREGOROVIUS, *Storia di Roma,* VII, p. 65).

[4] Cf. PAOLO PETRONI, *Mesticanza, RR. II. SS.*, XXIV, p. 1115: "il detto patriarcha il fece impiccare per "la gola in nello tenimento di Piperno molto onorevol-"mente "; cf. anche PLATINA, *Vita Eugenii IV.*

[5] Altri dice per fame (cf. GREGOROVIUS, *op. cit.*, VII, p. 66), e la *Mesticanza* cit. del Petroni che vi aggiunge anche Palestrina e San Pietro in Formis, *ivi*, p. 1116). Vedi anche PETRINI, *Memorie prenestine*, p. 176.

[6] Leggi "Sanctum Gregorium ".

[7] Veramente Zagarolo fu preso dal Colonna nel 1438.

[8] Questo fatto avrebbe dovuto narrarlo all'anno 1439, perchè Zagarolo fu ripreso dal Vitelleschi il 2 aprile 1439 (cf. con la *Mesticanza* cit. del PETRONI, p. 1121 e 1123).

VIdcxxxv. 1437

Genuenses recuperarunt Portum Veneris, quem occupaverat Rex Aragonum Alfonsus. *c. 574 v*
Decem balie Florentie creantur de mense martii.

Florentini [1] autem, suspicantes [fraudem aliquam], Nicolao Piccinino transitumne gaverunt, ac ne forte vi transire adoriretur, comitem Franciscum Sfortiam celeriter vocaverunt. Erat enim Venetorum Florentinorumque militie dux; et confestim veniens in agrum pisanum cum suo exercitu descendit, ac Nicolao Piccinino se opposuit; et deinde fines agri florentini et pisani defendit. Nicolaus Piccininus Bargam oppidum obsidens a duobus milibus peditibus Florentinorum profligatur [2]; et tandem sic afflictus in Galliam Cisalpinam se recepit cum suo exercitu trans Apeninum.

Nicolaus Picininus in Liguriam cum exercitu rediit

Florentinorum exercitus deinde de mense aprilis, postquam indictum fuit bellum contra Lucenses ex eo quod receperant Nicolaum Piccininum, receptis omnibus castellis primo amissis [3], quandoquidem Nicolaus Piccininus abierat, et confestim Lucenses invadere coepit, et versis signis cuncta ferme Lucensium castella subiecit, Lucamque obsedit: ut parva admodum vel nulla spes evasionis superesse Lucensibus videretur. Nam Nicolai Piccinini copie in agro Lucensium commemorate omne quasi frumentum urbis lucensis consumpserunt; nova autem frumenta prius quam maturescerent florentini milites vastarant. Accidit etiam quod interim tanta Venetorum solicitudo [fuit] ut omnino voluerint comitem Franciscum transire in Galliam Cisalpinam; et solum Florentinis remanserunt mille sexcenti equites. Nutriebat tamen Lucensium spem Nicolaus Piccininus, qui se venturum ad obsidionem florentinorum militum contra Lucenses solvendum minitabatur, et apparatus quosdam ad ostentationem faciebat.

Eugenius papa IIII Bononia cum sua Curia Ferrariam proficiscitur; ad quem locum indixerat concilium pro unione Grecorum pertractanda, et illic Grecorum imperatorem, Patriarcham, et prelatos grecos repperiret [4]. Decem Balie Florentie creantur pro sex mensibus de mense septembris.

Concilium Eugenii papa IIII cum Grecis fit Ferrarie

Comes Franciscus Sfortia cum per aliquos menses hibernasset in civitate Regii, tandem persuasu Florentinorum rediit ad Florentinos contra Venetorum voluntatem: cui substulerunt stipendia ei promissa [5]. Iohannes Vitellescus patriarcha Ecclesie legatus cum quattuor milibus et quingentis equitibus et tribus milibus peditibus perrexit in regnum contra Aragonum regem; et in Terra Laboris ex concordia obtinuit Venafrium urbem, in qua erat dominus Franciscus Pannone [6], dominus de Prata et aliorum castellorum, qui dominus Franciscus ex concordia dedit Venafrium Patriarche, et deinde Patriarcha restituit ei civitatem Venafrii. Deinde cepit Aliphium civitatem ex concordia, et castellum Pedismontis ibidem peragrans aliquantulum et parum profecit. Et post adoptionem dictorum perrexit Neapolim, ubi a regina Hisabella et consilio regni honorifice receptus fuit, et deinde Romam rediit [7].

---

4. fraudem aliquam] *om. cod.; correggo col Bruni* — 18. fuit] *om. cod.*

[1] Riprende qui la fonte del *Comm.* del Bruni, p. 938.

[2] Dimentica che al combattimento di Barga parteciparono anche i soldati del duca di Milano condotti da Francesco Sforza.

[3] I nomi di questi castelli con le date precise della loro occupazione puoi vedere in Buoninsegni, *Storie*, p. 66 e in Ammirato, XXI, 9.

[4] Veramente l'apertura del concilio di Ferrara ebbe luogo l'8 gennaio del 1438; cf. Labbeus, *Sacrosanta Concilia*, XII, p. 567.

[5] Partito nell'ottobre, lo Sforza trovò a Reggio l'ambasciatore veneziano, Andrea Morosini, che gl'ingiunse di far subito la guerra, se no gli avrebbero ritirato subito la paga. Lo Sforza irritato tornò in Toscana, con dolore dei Veneziani (cf. Sabellico, II, p. 557 sgg., e Ricotti, *Storia delle compagnie di ventura*, Torino, 1844, p. 65).

[6] Leggi "Pandonius ".

[7] Cf. coi *Giornali Napoletani* citati, p. 1104, che in qualche parte differiscono da ciò che qui si narra.

VIDCXXXVI.

Sigismundus imperator in Ungariam proficiscitur de mense februarii [1].

Decem balie creantur Florentie pro sex mensibus et incipiunt de mense martii.

Comes Franciscus Sfortia cum redisset ad Florentinos, et sibi nuntiatum fuisset quod Talianus, quem miserat in Picentes iam stipendia a duce mediolanensi cepisset [2], et deficientibus Venetis in non dando stipendia promissa ipsi comiti Francisco: tandem Florentini concesserunt comiti Francisco ut acciperet eadem stipendia, que prius accipiebat a Venetis, et Florentini ipsi eidem numerarent stipendia consueta, hac conditione ut si opus esset Florentinis, dictus comes Franciscus deberet redire ad Florentinorum requisitionem; ac de omnibus ipsis sic peractis ipsos Venetos cautos reddiderunt [3].

Pax Lucensibus a Florentinis data

Pax Lucensibus a Florentinis deinde data est, dummodo a ducis mediolanensis presidio se removerent; et sic fecerunt, retinendo tamen omnia eorum castella capta; et cum Lucenses in queta pace starent, paulo post Florentini eis res restituerunt, omnia castella capta, exceptis Montis Karoli castello et Portu Mutrone [4]. Et tardem Florentini Venetis scripserunt has litteras infrascripti tenoris videlicet:

Florentinorum littere ad Venetos misse

" Illustris atque excelse domine, amice karissime. Quoniam per effectum operis manifeste deprehendimus neque inimicis neque amicis nostris placere ut lucana civitas in potestatem florentini populi deveniret, decrevimus non amplius contra illam pugnare; sed nos retrahere a certaminibus et contentionibus illis, in quibus, ut vere dixerimus, nos, a sociis quidem desertos ac destitutos, ab hostibus vero totis viribus impugnari cernebamus. Itaque deposito contra Lucenses bello, amicos et benivolos, quantum in nobis erit, habere illos quaeremus, nec in hac parte fatigare socios, aut eorum subsidia implorare compellamur. Que omnia talia sunt, ut salva fide et honestate, et servato iure federis quod vobiscum habemus, facere possimus. Hec igitur quantum ad nos. De comite autem Francisco dolemus non fuisse prestitam fidem iustis ac rationabilibus suasionibus nostris totiens apud vestram celsitudinem perfecto ac fideli animo per nos iteratis. Datum * * * ".

Societatis fides inter Venetos et Florentinos deficit

Ceterarum harum litterarum scriptarum causa fuit, quod socii Florentinorum magis quam hostes Luce profuerunt [5]. Veneti quidem antiqui socii, et Genuenses nuper in societatem recepti ad alia vocantes, bis aut ter obsidionem interruperunt, cum alias Pontremolum, alias contra Parmam dux et copie traducerentur. Id Florentini perindigne ferebant. Atque ita alienationes quedam animorum exorte sunt Florentinos inter et Venetos, iactabantque permulti Venetis non placere ut Luca in florentini populi deveniret potestatem. Ea suspicio paulatim subcrescens dividende societatis causa fuit, presertim postquam comiti Francisco duci copiarum transire Padum recusanti denegata prius penitus stipendia fuerunt a Venetis. Tunc enim quasi deficiente societatis fide, comes Franciscus Sfortia de reconciliatione cum mediolanensi duce agitare coepit. Florentini autem quo se verterent nesciebant. Venerat enim Nicolaus Piccininus cum magnis copiis per Flaminiam usque ad Forum Popilii, quasi inde in Etruriam transiturus. Veneti autem spectatores stabant, ac sedebant ociosi. Et oratores florentini Venetias missi non audiebantur. Ita cogente necessitate Florentini reconciliationem cum Lucensibus et pacem secuti sunt, ut paulo superius prediximus.

---

7. a] *cod.* e — 22. *cod.* queremus — 35. *cod.* fides

[1] Questa notizia doveva essere posta prima, perchè Sigismondo era morto il 9 dicembre 1437.

[2] Taliano da Forlì, suo luogotenente, non solo aveva abbandonato il suo servizio; ma s'era collegato con Francesco Piccinino contro lo Sforza (RICOTTI, *op. cit.*, III, 66).

[3] Lo Sforza, a cui premevano le cose della Romagna e delle Puglie, cercò di accordarsi coi Fiorentini e col duca di Milano (*ivi*).

[4] Più che una pace fu una vera e propria tregua quella che i Fiorentini conclusero coi Lucchesi il 28 aprile 1438. E non furono i Fiorentini purtroppo, ma lo Sforza che di sua testa restituì ai Lucchesi i castelli a loro presi tranne Montecarlo, Uzzano e il porto di Motrone (CAVALCANTI, *op. cit.*, XI, p. 31; BUONINSEGNI, *Storie*, p. 67 e PERRENS, *Hist. de Flor.* (1434-1531), I, p. 35).

[5] Di qui il cronista riprende a seguire il *Comm.* del Bruni, p. 939.

Nicolaus Piccininus dux exercitus ducis mediolanensis cum quattuor milibus equitibus in Picentes agros contra Franciscum Sfortiam descendit; ac tandem inter eos factis indutiis a pugnis se abstraxerunt. c. 575 v

Rex Renatus venit Liburnium, et inde profectus est Neapolim.

Iohannes Vitellescus patriarcha iterum repetiit regnum Neapolis citra Farum [1], scilicet in Terra Laboris, et posuit castra sua contra oppidum Montis Sarchi, castellum domini Iacobi de Leonessa, et medietatem castelli vi expugnavit ac combussit, et facte fuerunt indutie cum dicto domino Iacobo. Deinde recedens perrexit contra dominum Iohannem Antonium de Balçio de Ursinis, principem Tarentinum illustrem, commorantem penes castellum Montis Foscoli in agro beneventano et habentem mille quingentos equites; et, dato prelio, Patriarcha conflixit eum et captivum habuit; et post XLV dies de consensu pape dimisit eum in libertate sua [2], et constituit eum conestabilem dicti regni Neapolis et Sicilie; atque ad stipendia Ecclesie eum conduxit, habito ab eo iuramento, quod semper militaret cum Ecclesia romana; et per huiusmodi merita Patriarcha isto anno factus fuit cardinalis Florentie [3].

Imperator XXV Albertus Dux Sazonie II, annis II.

Decem balie Florentie creantur pro sex mensibus, et inceperunt de mense decembris.

VIdcxxxvii.

1439

Eugenius papa IIII Florentiam rediit

Eugenius papa IIII die XXVII Ianuarii Florentiam ex Ferraria rediit adducens secum Johannem Paleologum imperatorem, et Ioseph patriarcham constantinopolitanum Grecorum [4]. De quorum rebus, altius reassumpto principio, necessarium referendum esse arbitror. Eugenius enim cum Florentia Bononiam se contulisset, de unione Grecorum agitare cepit. Mota [5] prius huiusce rei mentio fuerat in concilio basiliensi. Deinde ab Eugenio recepta procuratio est, ut basiliensis concilii auctoritatem minueret. Itaque Greci prius auctoritate concilii permoti, cum ad eum venire locum in quo papa et concilium foret spopondissent, indicto ab Eugenio pontifice apud Ferrariam altero concilio, ut supra diximus, cum ille pontifex quoque accessisset, Grecos eo pertraxit. Venerant enim iam Venetias Greci: qui, etsi ab initio ambigui starent, propter basiliensis concilii pontificisque discordias, preter eorum spem apud nostros repertas, tamen, viam pontificis ad extremum secuti, Ferrariam se ad Eugenium papam contulere. Aliquot mensibus negocium unionis Ferrarie agitatum cum esset, superveniente morborum peste, Greci una cum Pontifice Florentiam se trastulere. Nam Eugenius Pistorio et Prato iter faciens dicta die XXVII ianuarii Florentiam cum maxima pompa a Florentinis receptus intravit.

Patriarcha Constantinopolitanus Florentiam venit

Patriarcha constantinopolitanus die XII februarii [6] cum maximo honore receptus Florentie fuit cum suis prelatis; et post paucos menses moritur, et in ecclesia sancte Marie Novelle fratrum sancti Dominici sepellitur.

---

5. *cod.* citra farum Neapolis — 7. *cod.* combusit — 29. esset] *cod.* est; *correggo col Bruni*

[1] Il Sozomeno avrebbe dovuto dire perchè il Vitelleschi andava a guerreggiare nel Reame di Napoli. Entrò nella contesa per il regno di Napoli per ordine di Eugenio IV, e in favore degli Angioini, perchè Alfonso d'Aragona molestava lo Stato pontificio e si teneva apertamente in continue relazioni coi nemici di quel pontefice. Cf. Pastor, *op. cit.*, I, p. 220.

[2] Questi fatti veramente avvennero nel 1437: cf. Bonincontri, *Ann.*, p. 146 e l'Infessura, *Diar.* cit., p. 36.

[3] Il 9 agosto del 1437 il papa lo elesse cardinale dal titolo di San Lorenzo in Damaso; cf. Pastor, *Storia dei papi*, I, p. 220 e anche P. Bracciolini, *De varietate fortunae*, p. 112.

[4] È qui inesatto, perchè parrebbe che il patriarca e l'imperatore greco entrassero in Firenze in compagnia del papa, mentre il primo vi fece il suo solenne ingresso il 12 e il secondo il 16 febbraio; cf. Leone Morelli, *Del.*, XIX, 170, 171, e Buoninsegni, *Storie*, p. 68.

[5] A cominciare di qui trascrive letteralmente dal *Comm.* del Bruni, p. 939.

[6] Giuseppe, patriarca di Costantinopoli, secondo altri, sarebbe entrato in Firenze il 13 febbraio: cf. con

Imperator Grecorum venit Florentiam

Imperator Grecorum Iohannes Paleologus demum die xv februarii [1] cum maximo triumpho et societate omnium Cardinalium circa eum, et omnium prelatorum, et omnium magistratuum florentinorum Florentiam ingressus est; et resedit in domibus Peruziorum. Fuit autem numerus Grecorum qui Florentiam venerant supra quingentos, in his vero Imperator et frater eius germanus et patriarcha Constantinopolitanus cum multis archiepiscopis et prelatis, multique cum imperatore proceres secularesque insignes viri ac litterarum non sacrarum modo, verum etiam gentilium bene periti.

Decem balie Florentie creantur pro sex mensibus et inceperunt de mese iunii.

Reintegratio federis inter Florentinos et Venetos

Inter Florentinos et Venetos [2], dum Greci Florentie essent, reintegratio federis noviter facta est, et causa maxime fuit quod Nicolaus Piccininus post Brixie obsidionem transgressus Athesim fluvium circa Veronam et Vicentiam terribilis imminebat. Capto Lignaco, ac ceteris ferme omnibus illarum partium oppidis, nullum remedium fore videbatur, quin Patavium usque cuncta pervaderet. Hec pericula Venetos promoverunt ad Florentinorum societatem, quam paulo ante spreverant, repetendam. Florentini quoque non inviti in societatem redierunt existimantes, si delete forent Venetorum opes, nequaquam ab se victorem temperaturum. Ita coniunctio rursus fit inter Venetos et Florentinos.

Comes Franciscus ad auxilium Venetorum proficiscitur

Comes vero Franciscus Sfortia dux cum magnis copiis opera Florentinorum et eorum introitu ac promissione in Venetos trangressus cursum victoriarum Nicolai Piccinini ducis exercitus mediolanensis omnino repressit.

Verona a Nicolao Piccinino capitur, et confestim a comite Francisco recuperatur

Secuta deinde permulta ac preclara et circa Benacum lacum et circa Verone recuperationem. Nam Nicolaus Piccininus cum Veronam per proditionem evocatus fuisset [3], intempesta nocte maximis equitum peditumque copiis urbem Veronam obtinuit; quum tertia die [4] Franciscus Sfortia comes, et Venetorum Florentinorumque exercitus dux, tanti vi elatique animi prestantia recuperavit ut singulari memoria [dignum] facinus habitum sit: ab octava presertim diei usque ad septimam noctis horam atrocis pugne impetu intra urbem enixus Nicolaum Piccininum cum suo exercitu extra urbem fugavit [5].

Iohannes Vitellescus patriarcha existens in abbatia Montis Cassini castelli Sancti Germani perrexit Salernum ubi erant due arces, quarum una principaliter possidebatur pro regina Hisabella coniuge regis Renati, et alia pro rege Aragonum; quam ex pacto recepit; nam in dicta civitate nullus habitabat. Sed patriarcha cives hinc inde dispersos in Salernum reduxit, et ibi commoravit duos menses cum quadringentis equitibus et totidem peditibus, reliquo exercitu in hibernis locato.

Rex Alfonsus audiens patriarcham ibidem morantem cum modico exercitu venit contra eum cum sex milibus equitibus et octo milibus peditibus, appropinquans eidem Salerno per quattuor miliaria in valle Sancti Severini, loco dicto " alla acqua della mela ", et datis aliquibus parvis pugnis facte fuerunt inter eos indutie [6]. Et deinde rex recedens profectus fuit

---

11. *cod.* Lignazo — 14. *cod.* repetenda — 24. *qui il testo è guasto nel ms., che ha* singularum memorie facinus — 27. *cod.* Casinl — 34. peditibus] *cod.* equitibus

la descrizione dell'ingresso del patriarca e dell'imperatore in LABBEUS, *Sacrosancta Concilia,* XIII, pp. 226-227, Venezia, 1732 e VAST, *Le Card. Bessarion,* II, c. 2, p. 75. L'imperatore vi entrò tre giorni dopo. Credo però che qui abbia ragione il Sozomeno, concordando con le migliori fonti.

[1] Il Paleologo fece, secondo altri, il suo ingresso in Firenze il 16 febbraio (PERRENS, *op. cit.*, I, 70).

[2] Cf. col *Comm.* del Bruni che riprende a seguire.

[3] Pare veramente che un disertore tedesco avesse indicato al Piccinino come scalare Verona; cf. SISMONDI, *St. d. repubb. ital.,* cap. LXIX, p. 113, Capolago, 1831.

[4] Il Piccinino aveva presa Verona il 16, e lo Sforza la rioccupò nella notte dal 19 al 20 novembre.

[5] Veramente la battaglia non fu così aspra, come dice il Sozomeno, perchè l'esercito dello Sforza sorprese quello del Piccinino intento a far preda per le vie di Verona, e i soldati del Piccinino furono in breve rotti e incalzati (cf. SIMONETTA, *op. cit.*, III, 283; SOLDO, *Ann. brixiani* in *RR. II. SS.*, XXI, 798 e RICOTTI, *op. cit.*, III, 76).

[6] I *Giornali Napoletani* dicono invece che Alfonso " uscio et andoye a trovarlo a Salierno, e lo ridusse a " termine, che humilmente li domandò la tregua, il Re

contra civitatem Neapolis et Averse, et posuit se in Iuliana villa et vico, et ut plurimum pugnans contra Aversam [1].

Eugenius papa IIII, postquam aliquot mensibus Grecorum unionem negocium agitatum et Ferrarie et deinde Florentie, demum de Spiritu Sancto facta determinatione in metropolitana ecclesia florentina, existentibus pontifice, cardinalibus et prelatis multis, ac imperatore Grecorum cum omnibus prelatis suis, huiusmodi decretum lectum, publicatum et ab omnibus unanimiter confirmatum fuit, videlicet: c. 379 v

Decretum factum in unione Grecorum cum Ecclesia Romana [2].

Unio facta Florentie Latinorum et Grecorum

" Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam, consentiente ad " infra scripta carissimo in Christo filio nostro Iohanne Paleologo imperatore illustri, et loca- " tenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum et ceteris orientalem Ecclesiam " representantibus. Letentur celi et exultet terra. Sublatus est enim de medio paries qui " occidentalem orientalemque dividebat Ecclesiam; et pax atque concordia rediit, illo angu- " lari lapide Christo, qui fecit utraque uno vinculo fortissimo caritatis et pacis utrumque iun- " gente parietem et perpetue unitatis federe copulante et continente. Postque longam me- " roris nebulam et dissidii diuturni atram ingratamque caliginem, serenum omnibus unionis " optate iubar illuxit. Gaudeat et mater Ecclesia que filios suos hactenus invicem dissidentes " iam videt in unitatem pacemque rediisse; et que antea in eorum separatione amarissime " flebat, ex ipso modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. " Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem, et qui christiano censentur nomine, matri ca- " tholice Ecclesie colletentur. Ecce occidentales orientalesque patres post longissimum dis- " sensionum atque discordie tempus, se maris ac terre periculis exponentes, omnibusque su- " peratis laboribus, ad hoc sacrum oecumenicum concilium desiderio sacratissime unionis et " antique caritatis reintegrande gratia, leti alacresque convenerunt, et intentione sua nequa- " quam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem, tandem Spiritus [sancti] " clementia ipsam optatissimam sanctissimamque unionem consecuti sunt. Quis igitur dignas " omnipotentis Dei beneficiis gratias referre sufficiat? Quis autem divine miserationis divitias " obstupescat? Cuius vel ferreum pectus tanta superne pietatis magnitudo non molliat? Sunt " ista prorsus divina opera, non humane fragilitatis inventa atque ideo eximia cum veneratione " suscipienda et divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Chri- " ste fons misericordiarum, qui tantum boni sponse tue catholice Ecclesie contulisti; atque " in generatione nostra tue pietatis miracula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. " Magnum siquidem divinumque munus nobis Deus largitus est, oculisque vidimus quod ante " nos multi cum valde cupierunt, aspicere nequiverunt. Convenientes enim Latini et Greci " in hac sacra oecumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articu- " lus ille de divina Spiritus Sancti processione summa cum diligentia et assidua disquisitione " discuteretur. Prelatis vero testimoniis ex divinis scripturis, plurimisque auctoritatibus san- " ctorum doctorum orientalium et occidentalium, aliquibus quidem ex patre et filio, quibu-

8. *si confronti il testo con la stampa che del decreto ha fatta il* Labbeus *nei* Sacrosancta concilia, *XVIII, p. 522* — 13. *il cod. ha* dividebant — 14. unum Lab. — 14-15. *il cod. ha* utroque iungente pariete; *cf.* Lab. — 15. perpetuam Lab. - *il cod. ha* postquam — 17. *cod.* Gaudet — 19. ipsorum Lab. — 20. *il cod. ha* matris — 21. *il* Lab. *pone* enim *dopo* ecce — 21-22. dissensionis Lab. — 23. *il cod. ha* yconomicum, *e così pure alla lin. 35 ha* yconomica — 26. *così ha il* Lab.; *il cod. ha* clementiam — 28. *il cod. ha* tante — 30. *cod.* gratia — 33. *il* Lab. *meglio legge* videmus — 34. cupierint Lab. — 35. sacra] sacrosancta Lab. — 37. *cod.* auctoribus

" ce la diede „ (p. 1106). Come si vede i *Giornali Napoletani* sono più del giusto favorevoli all'Aragonese, mentre il Sozomeno è qui abbastanza esatto.

[1] Ma tutti questi fatti avvenivano nel 1337 (cf. *Giorn. Napol.*, pp. 1105-1108, la *Mesticanza* del Petroni, p. 1119 e anche Bonincontri, *Ann.*, p. 148).

[2] Il testo latino e greco di questo decreto d'unione fu pubblicato sull'esemplare conservato nella Biblioteca laurenziana e commentato da G. Milanesi, nel Giornale storico degli Archivi toscani I, p. 169 sgg.

“ sdam vero ex patre per filium procedere dicentibus Spiritum Sanctum, et ad eamdem in-
“ telligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis, Greci quidem asseruerunt, quod
“ id quod dicunt Spiritum Sanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt ut exclu-
“ dant filium; sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum Sanctum ex patre et
“ filio procedere tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a
“ dicendo, quod Spiritus Sanctus procedat a patre et filio. Latini vero affirmarunt, non se
“ hac mente dicere, Spiritum Sanctum ex patre filioque procedere, ut excludant patrem, quo-
“ niam est fons et principium totius deitatis, filii scilicet et Spiritus Sancti, aut quod id quod
“ Spiritus Sanctus procedit ex filio, filius a patre non habeat, sive quod duo ponant esse prin-
“ cipia, seu duas spirationes, sed unum tantum asserant esse principium, unicamque spiratio-
“ nem Spiritus Sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem
“ eliciatur verus sensus, tandem [in] infra scriptam sanctam et Deo amabilem eodem sensu
“ eademque mente unionem unanimiter concordarunt et consenserunt. In nomine igitur San-
“ cte Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, hoc sacro universali approbante concilio
“ florentino diffinimus, ut hec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur, sic-
“ que omnes profiteantur, quod Spiritus Sanctus ex patre et filio eternaliter est; et essentiam
“ suam, suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio, et ex utroque eternaliter tan-
“ quam ab uno principio et unica spiratione procedit: declarantes quod id quod Sancti do-
“ ctores et patres dicunt, ex patre per filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelli-
“ gentiam dicunt, ut per hoc significetur, filium quoque esse secundum Grecos quidem causam,
“ secundum Latinos vero principium substantie Spiritus Sancti, sicut et patrem. Et quoniam
“ omnia que patris sunt, pater ipse unigenito filio suo gignendo dedit, preter esse patrem,
“ hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre eternaliter habet, a
“ quo etiam eternaliter genitus est. Diffinimus insuper, explicationem illorum verborum, filio-
“ que veritatis declarande gratia, et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter sym-
“ bolo fuisse appositam. Item, in azimo sive fermentato pane triticeo corpus Christi vera-
“ citer confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque;
“ scilicet iuxta sue Ecclesie sive occidentalis sive orientalis consuetudinem. Item, si vere
“ penitentes in Dei caritate decesserunt, antequam dignis penitentie fructibus de commissis
“ satisfecerint, et omissis, eorum animas penis purgatoriis post mortem purgari, et ut a penis
“ huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia,
“ orationes et elymosinas, et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri con-
“ sueverunt, secundum Ecclesie instituta; illorumque animas, qui post baptisma susceptum,
“ nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam que post contractam peccati ma-
“ culam vel in suis corporibus vel eisdem exute corporibus, prout superius dictum est, sunt purga-
“ te, in celum mox recipi et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum
“ tamen diversitate alium alio perfectius; illorum autem animas qui in actuali mortali peccato
“ vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas.
“ Item diffinimus sanctam apostolicam fidem et romanum pontificem in universum orbem tenere
“ primatum, et ipsum pontificem romanum successorem esse beati Petri principis apostolorum,
c. 577 r “ ac verum Christi vicarium, totiusque Ecclesie caput et omnium christianorum patrem ac
“ doctorem existere; et ipsi in beato Petro pascendi, regendi et gubernandi universalem Ec-
“ clesiam a domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum
“ etiam in gestis oecumenicorum conciliorum, et in sacris canonibus continetur. Renovantes
“ insuper ordinem traditum in canonibus ceterorum venerabilium patriarcharum; ut patriar-

---

1. eamdem] *cod.* eiusdem — 3. *cod.* in quod - non] *cod.* nec — 6. ex patre procedat Lab. - non] *cod.* nec — 7-8. quoniam est] Quin sit Lab. — 9. ponant] *cod.* possunt — 10. *cod.* asserunt — 12. veritatis sensus Lab. — 20. dicunt] tendit Lab. — 21. subsistentie Lab. — 26. *cod.* appositum - *cod.* tritico — 29. decesserint Lab. - *cod.* digne — 30. *cod.* anime — 32. *cod.* elymosine — 33. *cod.* anime que — 33-34. *cod.* susceperunt, multam — 34. *cod.* contracti — 37. *cod.* anime — 38. *cod.* puniendi — 39. tenere] *cod.* terre — 44. oecumenicorum] *cod.* inimicorum

“ cha Constantinopolitanus secundus sit post summum romanum pontificem, tertius vero Ale- “ xandrinus, quartus Anthiocenus, et quintus Hierosolimitanus, salvis videlicet privilegiis om- “ nibus et iuribus eorum. Datum Florentie in sessione publica synodali in maiori ecclesia “ solemniter celebrata anno incarnationis dominice MCCCCXXXIX, pridie nonas iulii, pontifi- “ catus nostri anno nono „. Et dictum originale privilegium papa deposuit apud Florentinos, et est positum in cassa ubi sunt Pandecte.

Nicolaus Euboicus utriusque lingue grece et latine interpres in concilio florentino fuit

Nicolaus euboicus latine et grece lingue atque elegantie princeps egregius habetur, qui frequenti concilio ferrariensi et florentino medius et interpres grece et latine lingue assistens, multis et doctis viris audientibus, me etiam huius chronice auctore presente et audiente, disputationum verba atque sententias cum grece tum latine prolatas mira celeritate et facundia ultro citroque, et in utraque lingua fidelissime et summo ornatu reddebat.

Eugenius a concilio basiliensi damnatur

Eugenius papa IIII die xxv iunii [1] a concilio basiliensi privatur, sed deinde dictum concilium ad nihilum reductum fuit, et eius decreta irrita.

Ambrosius camaldulensis, generalis abbas, latine greceque lingue eruditus in dicto concilio florentino clarus habitus fuit [2].

Dux Sabaudie die v novembris a concilio basiliensi in papam eligitur, et nominatur Felix et parum profecit.

Florentini restituunt comiti Puppii loca sua

Castellum Prativeteris cum esset a Iohanne Vitellesco patriarcha sublatum, et quedam alia loca olim Francisci comitis Puppii, ut dictum est supra, et illa comuni Florentie dedisset, tandem cum ipse comes Puppii illa repeteret sibi restitui, persuasum eidem fuit, ut veniret Florentiam et illa peteret. Qui deinde Florentiam proficiscens cum omnibus filiis suis tantum benigne et humiliter locutus fuit, ut Florentini omnia sua loca reddiderunt videlicet Pratum vetus, Valbonam, Radicofanum, Stratepetegnolim et Vessam. Et paulo post veniente Nicolao Piccinino in Mugellum cum exercitu contra Florentinos, ut dicetur, dictus comes Puppii factus fuit commissarius Florentinorum in toto agro Casentini. Nam Florentini quasi cernebant dicti comitis animum ab eis esse alienatum, unde beneficiis et benignitate crediderunt eum placare, quod e contra evenit, ut dicetur [3].

Imperator Grecorum Florentia abiit

Iohannes Paleologus, imperator Grecorum, die xv augusti cum maximo honore et pompa civium Florentinorum Florentia discessit, relinquens civitati Florentie et civibus multa privilegia, et inter cetera fecit Florentinos immunes et liberos medietatis gabellarum sui regni, et etiam concessit quod Florentini Constantinopoli possent retinere eorum consulem in habitatione que olim fuerat Pisanorum.

Armeni et Indi cum Ecclesia romana unitatem faciunt

c. 578

Armeni et Indi in florentino concilio cum romana Ecclesia unitatem reintegrarunt de mense octobris [4]. Et Eugenius papa deposuit unionis privilegium in cassa et archivio Florentinorum, et positum est cum Pandectis in aula et palatio dominorum Priorum florentinorum.

Decem balie Florentie creantur pro sex mensibus de mense decembris.

Iohannes Vitellescus patriarcha colligationem facit cum domino Iacobo Chaldoria, duce

---

3-4. solemniter in ecclesia maiori LAB. — 5. *cod.* Florentinus — 7. *cod.* tum grece — 23. *cod.* Radicofalim, Stratebenzolim — 35. *cod.* aulo

[1] Eugenio IV fu privato del pontificato con decreto del concilio di Basilea del 25 giugno nella trentaquattresima sessione: cf. AGOSTINO PATRIZI, *Historia concilii Basil. et Florent.*, vol. XVIII dei *Sacros. concilia* del LABBEUS, pp. 1379-1380.

[2] Il Camaldolese Ambrogio Traversari, speciale favorito di Eugenio IV, assai si distinse nel Concilio fiorentino e stese nelle due lingue il documento dell'unione.

[3] Francesco di Battifolle, conte di Poppi, erede dei conti Guidi, s'era destramente maneggiato per conservare gli aviti possessi testè riavuti dalla repubblica fiorentina. Era anche stato nominato Commissario nel Casentino, ma questa soggezione l'umiliava; cf. PERRENS, I, p. 49.

[4] Il Bonincontri, fonte del Nostro, dice soltanto: “extremo eius anni „. Questo avvenne nella sessione VII del Concilio, il 22 novembre (p. 148); cf. LABBEUS, *op. cit.*, p. 1390, il *Bullar.*, V, 44-51 e THEINER, *Monum. Slav.*, I, 381. Il Buoninsegni (*Storie*, p. 70) pone giustamente l'atto d'unione ai 22 novembre del 1439. Il Mansi, *Collectio nova sanctorum Conciliorum*, vol. V, p. 210, riporta la copia dell'esposizione che i legati d'Armenia fecero al papa nell'agosto del 1439 e a p. 211 altre lettere degli Armeni e degli Egizî.

Barii, qui habebat duo milia equitum, et ambo contra Alfonsum regem Aragonum proficiscuntur, et in die nativitatis Domini [1] hora tertiarum dictum regem verterunt in fugam, et omnia regis impedimenta ceperunt et carriagium. Et deinde patriarcha dividens se a domino Iacobo, perrexit in Apuliam in terras domini Laurentii de Cotigniuola, et ibidem per mensem moram traxit; et deinde in eodem loco dimisso exercitu suo per mare cum paucis ivit Ferrariam; et constitutus ab Eugenio papa legatus romanus statim Romam perrexit, et mictens pecuniam ad exercitum suum Romam reduxit. Deinde Fulgineum perrexit, et capta civitate et Fulginei domino, quem ad Sorianum captivum misit, et ibidem mortem obiit [2].

1440

VIdcxxxviii.
Imperatorum XXXVII Federicus III annis xxx.

Nicolaus Piccininus in agrum mugellanum descendit

Postquam dux mediolanensis proficiscens in Liguriam non fortuna prospera aliquid proficeret, post accessum comitis Francisci Sfortie Nicolaum Piccininum cum suo exercitu in Tusciam misit, et die octavo mensis februarii Nicolaus Piccininus cum octo milibus equitibus et tribus milibus peditibus in agrum florentinum descendit, et in Mugellum, et primo contra Puliccianum oppidum pugnans non valuit expugnare [3], attamen magnum terrorem intulit Florentinis. Namque Nicolai Piccinini agmina latrocinantium ritu usque prope ad conspectum florentine urbis discurrebant feda trepidatione et fuga circum urbem omnia complebantur. Intra urbem vero magne suspitiones erant, tum quod infima plebs caritate annone premebatur, tum etiam quod, presente reipublice florentine gubernatione, non omnes pariter cives gaudebant, et multi relegati erant. Erat vero tunc tota florentina urbs plena colonorum et agricolarum cum coniugibus et liberis, ac, rapta ex hostibus supellectile fugientium, bovesque et pecora vias omnes urbis compleverant.

Iohannes Vitellescus patriarcha et cardinalis interficitur

Iohannes Vitellescus patriarcha et cardinalis cum plurima in recuperando civitates et oppida Ecclesie strenua gessisset, et tandem arcem spoletanam, et abbatem Montis Cassini cepisset, rediens Romam die xxviii martii [4], et transiens per pontem Castelli sancti Angeli, a custode dicte arcis per vim capitur et vulneratur, et in dicta arce captivus detentus [5], post xiiii dies, ut fertur, veneno [6] diem suum obiit. Cuius mors forte isto tempore Florentinis

11-12. *cod.* proficere — 16. *cod.* latrocinantibus — 20. erant] *cod.* essent

[1] Anche P. Bracciolini nel *De varietate fortunae* dice "natali die Domini" (p. 112); ma i *Giornali Napoletani* dicono "la sera della vigilia di Natale" p. 1107).

[2] Cf. Bracciolini, *op. cit.*, p. 113, che dice Corrado Trinci condotto a Corneto; ma è un errore. Cf. anche Infessura, *ediz. cit.*, p. 39 e Sancti Antonini, *Chron.*, parte III, tit. XXII, p. 541, che però pone il fatto nell'anno 1440.

[3] G. B. Bracciolini, *op. cit.*, p. 166, dice che il Piccinino consumava a bella posta il tempo intorno a quel castello mugellano "per toglier via l'oppenione e "sospetto che poteva haversi de' suoi disegni", e intanto teneva contemporaneamente pratiche coi Fiorentini e col papa, perchè fosse dato a lui l'incarico di far la pace. Cf. Bruni, *Comm.*, p. 940.

[4] Il ritorno del Vitelleschi in Roma avvenne il 19 marzo 1439. Cf. Gregorovius, *op. cit.*, VII, 89.

[5] Per le ragioni della morte del Vitelleschi, qui nemmeno accennate, cf. Cavalcanti, *op. cit.*, XIV, cap. III; P. Bracciolini, *op. cit.*, p. 113; Ammirato, XXI, 22 e Gregorovius, *op. cit.*, VII, 87. I Fiorentini avevano a Montepulciano arrestato il carteggio cifrato che il Vitelleschi mandava al Piccinino, e ne avevano avvisato il papa, che affidò subito ad Antonio Rido, comandante di castel Sant'Angelo, l'incarico d'arrestare il patriarca. Cf. anche Sismondi, *op. cit.*, cap. LXIX, 121-123 e meglio ancora G. B. Bracciolini, *op. cit.*, p. 166. P. Bracciolini, nel *De varietate fortunae*, p. 113, accennando alla congiura del Vitelleschi dice misteriosamente: "Hanc latius ex"plicarem coniurationem, nisi eorum, qui in illa inter"venisse dicuntur pudor et reverentia e narrando con"tineret". Ma il Pastor, *op. cit.*, I, p. 222 si mostra dubbioso sul motivo della morte e sul modo della morte stessa.

[6] Cf. Bonincontri, *Ann.*, p. 149. Così anche Sismondi (*ivi*); ma il Bracciolini (*ivi*), ed altri non parlano di veleno; per loro sarebbe morto per le ferite riportate. Per il Bracciolini sarebbe morto otto giorni dopo il suo arresto. Si noti però che l'arresto avvenne il 19 marzo del 1439, come concordemente dicono Infessura, *ediz. cit.*, p. 40; Petroni, *Mesticanza*, p. 1122 sgg. e N. Della Tuccia, *Cronaca di Viterbo*, p. 164. Come qui il Sozomeno, erra Paolo dello Mastro (*Diar. rom.* in Buonarroti, serie II, tomo X, p. 37) che pone l'arresto del Patriarca a' dì 9 di marzo del 1440, probabilmente contando gli anni "ab incarnatione",

profuit. Nempe Nicolaus Piccininus in tanto fervore belli consueverat dicere: " Etiam ultra " milites quos habeo apud me, etiam in cubitu meo habeo alios quattuor milia equitum „, quos aliqui arbitrabantur esse illos Iohannis Vitelleschi patriarce et cardinalis.

In hoc ergo tumultu de mense aprilis Florentini x viros belli creant, viros prestantissimos; neque enim tunc imminens periculum mediocres homines deposcebat; sed qui tantarum rerum molem perferre animo et gubernare consilio idonei essent; inter quos fuerunt Cosmas de familia Medica, et Nerius Caponus iam diu diverso tempore quinquies creatus, Angelus Acciarolus miles, Leonardus Brunus et alii.

c. 578 v

Nicolaus Piccininus in Casentinum transiit

Nicolaus Piccininus [1] cum aliquot dies cum exercitu circa Politianum stetisset, tandem ex Mugello in Casentinatem transiit; quod quidem eius factum Florentinorum mentes valde sublevavit. Formidabant enim ne per Marinam fluvium ductis copiis inter Pratum oppidum et Florentiam descenderet, ubi et commeatum habere potuisset, et impedire transmissionem frumenti, quod a Pisis atque Emporio Florentiam vehebatur. Nam ad cetera quoque pericula frumenti indigentia per id tempus accesserat. Nicolaus Piccininus igitur sive non intellexerit, sive non ausus fuerit, hac oportunitate relicta, in Casentinatem pervenit, Bibienam et Romenam castella cepit. Et Franciscus comes cum Puppio et castellis suis adherens commeatu adiuvit. Inde ad Sancti Nicolai castellum positis castris, mense fere integro circa illud desedit, postquam vero id quoque suscepit, ad Rasinam constituit, et illam cepit.

Franciscus comes Puppi Nicolao Piccinino adhesit

Florentinis inter hoc auxilia supervenerunt ex Gallia Cisalpina equites ad septingentos, et ex agro piceno totidem, quos ducebat Michelettus, ex Flaminia Petrus Iohannes Ursinus a Florentinis conductus cum aliqua manu redierat. Pedites vero conduxerat civitas florentina super quattuor milia. Expectabantur preterea Eugenii pape cum Florentinis colligati copie. Erant vero he duo milia equitum, que cum circa Arretium se florentinis militibus coniunxissent, existente eorum duce Loysio patriarcha et commissario pape [2], ac Nerio Cappono duce et commissario florentino [3], iam validi ac resistere parati, ad Anglare oppidum se duxerunt.

Florentinorum exercitus ad Anglare oppidum se constitit

Nicolaus Piccininus, postquam Rasinam cepit, ad Sancti Sepulchri burgum exercitum duxit. Inde Tifernum occupare tentavit; mox Perusiam adiit, eamque urbem celeriter in suos favores convertit. Deinde Cortonam per proditionem capere nisus est. Hec omnia celeriter admodum fecit, et demum ad exercitum florentinum reversus inter Tyfernum et sancti Sepulchri Burgum cum exercitu constitit.

Interim die XXVIII iunii in vigilia apostolorum Petri et Pauli, Florentini Sancti Nicolai castellum paulo ante amissum receperunt. Que quidem res Nicolai Piccinini et adversariorum mentes plurimum fregit. Munitissimum enim castellum, quod adversarii tormentis et machinis vix uno mense integro expugnarant, recuperatum a Florentinis intra paucos dies obstupescebant. Iamque ex hinc Florentini meliori spe et adversarii deteriore coeperunt esse [4].

Castellum sancti Nicolai Florentini receperunt

Florentini hostium presentiam veriti castra, que prius erant longius, ad ipsa Anglaris menia coniunxerunt. Ea timoris significatio Nicolai Piccinini audaciam adauxit. Itaque die XXIX iunii

---

11. Marinam] *così cod.; non però il Bruni che ha* marinum; *temevano che le milizie passassero per Val di Marina* — 27 *e* 28. adiit *e* favores] *cod.* rediit *e* fautores, *che correggo seguendo il testo del Bruni* — 28. *il testo del Bruni dice per errore* Tortonam

come fa Antonio de Rido, notificando con lettera al comune di Firenze il fatto (vedi questa lettera pubblicata dal Pastor, *Storia dei papi*, I, *Appendice*, n. 20). Secondo l'Infessura (*ivi*) il Patriarca sarebbe stato " presone dì 20, " et poi morse a dì 2 d'aprile „, e non s'è accorto che allora non può essere stato preso, com'egli dice, il 19 di marzo. A ogni modo è esatta la data che l'Infessura dà della morte del Patriarca, avvenuta veramente il 2 d'aprile (Pastor, *ivi*).

[1] Di qui riprende a seguire il *Comm.* del Bruni.

[2] Lodovico Scarampo, successore del Vitelleschi, legato apostolico e già eletto cardinale il 1 luglio 1440.

[3] Questi nomi e del condottiere e del commissario aggiunge il Sozomeno al testo del Bruni.

[4] Veramente anche qui il racconto è un po' confuso, perchè la resistenza del castello di San Niccolò fu anteriore a quello di Cortona e di Città di Castello, e poi il Sozomeno non lascia bene comprendere come furono appunto questi insuccessi a decidere il Piccinino a tentare la fortuna in una grande battaglia. Già il duca di Milano stava per richiamare il suo capitano così poco fortunato (Perrens, *op. cit.*, I, p. 50).

in festo apostolorum Petri et Pauli superveniens Nicolaus Piccininus totis copiis Florentinorum exercitum invasit. Due res admodum milites florentinos iuvabant, una quod sub ipso oppido prelium commictebatur loco percomodo, sibi Nicolao Piccinino et exercitui suo adverso [1]: altera quod ex castris ipsius Piccinini armati venientes per maximos calores milites et equi defessi prelium inibant. Itaque tandem incepta pugna superatus Nicolaus Piccininus omnes fere copias suas amisit [2]. Ipse vix et anxie ad Sancti Sepulcri burgum se cum paucis recepit, vexillaque omnia sui exercitus ab exercitu Florentinorum capta Florentiam relata sunt. Preterea tentoria et cetera omnia in Piccinini castris florentini milites cepere. Ex equitibus autem ipsius Piccinini pauci admodum evaserunt. Capti sunt etiam ex Burgensibus supra mille ducentos, qui fiduciam Piccinini secuti, quem victorem fore haud dubie credebant, populariter exierant in exercitum Florentinorum. Sed qui alios capere sperabant, ipsi capti sunt. Denique hec maxima fuit victoria finem bello impositura, si Florentinorum exercitus eum sequi voluisset. Sed nec dux erat unus cui omnes parerent, et nec militum cunctorum idem animus [3]. Itaque ad Burgum ducere, et Nicolaum Piccininum circumsedere differentes, spatium abeundi illi dederunt. Tertia demum post pugnam die profecti, cum ille iam abiisset, ad Burgum duxere, Burgumque ipsum et Monterchium et Valliam in deditionem ceperunt [4]. Fuit autem hec victoria, ut diximus, die XXIX iunii; Sancti Sepulchri vero burgum ad Ecclesie potestatem rediit.

Nicolaus Piccininus superatur a Florentinis apud Anglare

Nerius Capponus Florentinorum commissarius recuperat castella amissa

Post vero conflictum Nicolai Piccinini, Nerius Capponus, unus ex X viris belli et Florentinorum commissarius, cum exercitus parte contra Rasine castellum, quod Florentinorum pedites obsidebant, nec bombardas et tormentorum saxa et impedimenta habentes, licet iam Bibienam castellum recuperassent. Tunc Nerius Capponus qui apud se tenebat Nicolai Piccinini equites captivos, eis prudenter dixit: “ Vel omnino vos date operam ut Rasine castellum Florentinis restituatur, alias laqueo vos suspendam „. Ac deinde misit eos cruribus ligatis cum staphipedibus, et laqueum cuilibet super collum posuit. Quos cum vidissent illi qui in Rasina erant, statim timere ceperunt, et ad discretionem et ipsius Nerii voluntatem sese et Rasinam dederunt. Erant namque ibidem LXXX Piccinini equites, equos quorum omnes Nicolaus de Pisis habuit, et omnes illi LXXX equites baculum unum in manibus portantes sic abierunt [5].

Rasina recuperatur

Puppium a Florentinis obsidetur

Deinde Nerius Capponus exercitum Florentinorum movit et prope Puppium castrametati sunt, dividentes in duas partes exercitum: quarum una stetit inter Puppium et Franciolem, et alia prope Certamondum. Maximum tamen deinde certamen fuit. Nam oppidum natura nobile manuque munitum et defensoribus plenum haud facile expugnabatur, nisi rei frumentarie defectus Florentinos adiuvisset. Puppienses enim comite eorum Francisco frumentum omne vetus Nicolao Piccinino et suis tradiderunt; nova autem frumenta propter bellum colligere non poterant. Ita deficiente omni spe, Franciscus comes Puppii de Battifolle cum Nerio Cappono concordiam et conventiones pepigit hac conditione, quod ipse comes omnia castella et iura sua daret ac consignaret communi Florentie, et deinde ipse et comes sospes

Florentini domini fiunt Puppii et totius Casentini, expulso comite Puppii

---

4. *cod.* labores; *correggo col Bruni* — 16. Valliam] *cod.* vahallam; *Bruni* valliallam — 24. *cod.* cluribus — 29. *cod.* castramentati — 30. *cod.* Franzolem — 31. *cod.* Certanondum

[1] Vedi RICOTTI, *op. cit.*, III, p. 79, e PERRENS, *ivi*, nei quali è meglio spiegato lo svantaggio del luogo in cui era il Piccinino.

[2] Ciò corrisponde al vero, mentre è un evidente errore ciò che ne dice, per i suoi fini politici, il Machiavelli, V, 83. Secondo l'Ammirato, XXI, 28, l'artiglieria avrebbe seppellito sul campo di battaglia seicento cavalli. Vedi anche RICOTTI, *op. cit.*, III, 80. Invece G. B. Bracciolini, *op. cit.*, p. 168, dice: “ morirono pochi “ sì dell'uno come dell'altro esercito „.

[3] Infatti Neri Capponi avrebbe voluto inseguire il Piccinino fuggente; ma i condottieri non lo vollero seguire, e così il Piccinino potè ritirarsi indisturbato verso la Romagna. Soli tra i condottieri Micheletto Attendolo e Giovanni Paolo Orsini si offrirono di seguire il Capponi, gli altri attesero a mettere in salvo la preda (SISMONDI, *op. cit.*, cap. LXIX, p. 130 e PERRENS, *op. cit.*, I, p. 55).

[4] L'occupazione di Borgo San Sepolcro e degli altri castelli avvenne veramente il primo luglio.

[5] Il racconto di questi e dei seguenti fatti somiglia assai, per il contenuto e non per la forma, a quello che ne fa Neri Capponi nei *Comm.* e più ancora nella *Cacciata del conte di Poppi*, ivi, XVIII.

exiret cum omnibus filiis suis et filiabus, et etiam cum bonis suis, videlicet cum XXXIIII sarcinis mulorum. Et sic comune Florentie habuit Puppium, Aconum cum Migliario [1], Battifolle, et Pratum Vetus cum ceteris omnibus castellis que comitum fuerant, et in potestatem ipsorum Florentinorum venerunt, totumque denique Casentinum, quod prius nunquam fuerat in imperio Florentini populi, subactum est. Ipse autem comes in Liguriam profectus est.

Opere pretium scire arbitror dum sic Nerius Capponus cum Francisco Puppii comite *c. 579 v* conventiones et pacta firmaret [dicere] que dicta ultro citroque inter eos relata fuerunt. Nempe primum comes fari incepit: " Numquid fieri poterit quod florentini domini non sinant " hanc domum Puppii possidere, cuius atavi ac maiores mei iam annos noningentos domina- " tionem habuerunt. De reliquis vero meis castris et locis sit permissum iudicare quid ve- " lint ". Ad hec Nerius ait: " Cogitate in animo vestro res alias. Nempe opera vestra non " talia fuerunt quod domini mei Florentini velint vos talem vicinum habere. Attamen gra- " tum Florentinis esset vos inter Germanos et Garamantos plurima oppida et dominationem " habere ". Tunc comes respondit: " Ego ipse desiderarem vos Florentinos ultra Sauroma- " tas et Glaciale oceanum esse maximos dominos, dummodo vos non haberem finitimos " [2]. Deinde cum Nerius et omnia iura sua et captivos omnes et maxime duos captivos ex vassallis suis peteret, respondit comes omnia se facturum, exceptis illis duobus captivis qui Pratum vetus Iohanni Vitellesco patriarce dederunt: volebat enim illos duos secum ducere, et eos infeliciter morti tradere. Tunc Nerius: " Respicite finem, quoniam si isti duo peribunt, " nunquam rem fecistis que vobis magis sit nocitura: et ego ipse notum vobis facio ac pro- " testor, quod nulle conventiones inter nos facte erunt, nisi prius istos duos captivos et omnes " alios etiam captivos ad me liberos remictatis ". Tum Petrus Iampaulus Ursinus, Florentinorum dux exercitus, qui inter eos arbitrator existebat, comiti persuasit ut istos duos et omnes alios captivos omnino dimicteret. Et deinde eodem sero comes dimisit illos duos, et omnes alios captivos liberavit, et tradens Puppium et omnia bona et iura sua comuni Florentie abiit.

Eugenius papa IIII in publica congregatione concilii florentini die XVIII aprilis Amedeum ducem Sabaudie assertum papam Felicem privavit, et omnes etiam electores suos damnavit [3].

Post conflictum Niccolai Piccinini et etiam post fugam comitis Francisci Puppii et omne Casentinum subactum, Nerius Capponus Florentiam revertens cum maxima civium pompa sociatur, et a magnificis dominis Florentinis galea argentea et vexillo comunis Florentie, et equi falleris honoratur pretio quadringentorum florenorum; et similiter a partis guelfe capitaneis eidem Nerio Cappono donantur galea argento insignita et partis guelfe insignia, ac equi fallera pretio CCC florenorum [civi] benemerito, ut alii cives florentini ad reipublice gubernationem ac exaltationem magis excitarentur [4]. Nam bene gestorum remuneratio quedam et honor alios cives ad imitationem plurimam commovent. Decem balie viri belli Florentie creantur pro sex mensibus, et inceperunt de mense octobris.

Nicolaus Piccininus post suum conflictum Anglarii et reversionem in Liguriam fuit receptus a duce, et ipse dux mediolanensis, multis pecuniis expositis, eum ad expeditionem paravit.

---

2. *cod.* Iconinum - *cod.* Mignario — 7. dicere *om. cod.* — 27. *cod.* Amodeum — 34. civi *om. cod.*

[1] È il castel di Migliari in Val di Sieve.

[2] Cf. Neri Capponi, *Cacciata del conte di Poppi*, pp. 12-20; Bonincontri, *Ann.*, p. 150 e Buoninsegni, *Storie*, p. 74.

[3] Già nell'ottava sessione del Concilio fiorentino il 23 marzo 1400 Eugenio IV aveva minacciato di condanna l'antipapa Felice V e i suoi fautori.

[4] Ampio racconto di questo trionfo di Neri Capponi fa il Cavalcanti, *Seconda Storia*, c. 16, II, 158. Il Sozomeno non parla del suo rifiuto dell'ordine cavalleresco che i Consigli volevano conferirgli (Neri Capponi, *Comm.*, p. 1197; non ne parlava nemmeno il Buoninsegni, *Storie*, p. 73).

1441

VIdcxxxix.

Dum dux mediolanensis ad bellum reficiendum se parabat, Veneti et Florentini etiam contra ipsum conduxerunt ducem circa v milia equitum.

c. 580

Decem viri balie belli Florentie creantur pro sex mensibus, et inceperunt primo die iunii.

Pax a comite Francisco Venetis et Florentinis ac duci Mediolani datur

Cum exercitus Venetorum et Florentinorum et similiter exercitus ducis Mediolani se appropinquassent, et comes Franciscus Sfortie filius, post multa egregia et preclara facta superiore in Gallie Cisalpine bello, factus ab amicis inimicisque pacis iniungende commissarius atque disceptator, parumque postpositis suo arbitrio conditionibus, pacem dedit, in qua Veneti et Florentini plurimum exaltati et honorati fuerunt. Et deinde Blancham mediolanensis ducis filiam ipse comes Franciscus uxorem accepit, et Cremonam ac Pontremolum dotis nomine accepit.

Baldacius de Anglario in camera vexilliferi iustitie tunc existentis domini Bartholomei de Orlandinis vulneratur, et per fenestra palatii Florentie in curiam olim capitanei prohicitur[1].

1442

VIdcxl.

Alfonsus rex Aragonum Neapolim cepit

Alfonsus Aragonum rex maximo cum exercitu Neapolim obsidens bellicis machinis et schalis civitatis menia oppugnavit, et peditum dux Ludovicus suus ascendens menia captus fuit ac peditum xxx intercepti fuerunt, unde rex se ad primum lapidem ad Sanctum Antonium retrocessit. Interim rex Renatus ad latus proficiscens suos hortatus est milites [con]firmando regem Aragonum abiisse, et quod nullus capitis pena se removere auderet. Deinde cum Neapoli subterranei sint putei, per illos centum pedites aragonenses intrantes civitatem pugnam ceperunt[2], qua incepta supervenit Alfonsus rex cum exercitu, ac ipsius multi milites super menia ascenderunt. Tunc rex Renatus se credens deceptum in arcem seu Castellum Novum aufugit. Interim Aragonum rex per portam sancti Gennarii Neapolim intravit, ac per tres horas a suis militibus civitas ipsa spoliata fuit die secunda mensis iunii[3]. Quam spoliationem rex Aragonum audiens gravissimis penis militibus suis imposuit, ne ulterius spoliare civitatem auderent, et omnino res ablatas restituerent. Indeque ipse rex Aragonum magno exercitu suo in presidio dimisso de civitate neapolitana Capuam iter arripuit[4].

Rex Renatus Florentiam venit

Rex Renatus, ex regio Francorum genere ortus, existens in arce, idest in Castello Novo, cum ad eum cum subsidio venissent naves, die xii dicti mensis iunii in navem ascendens Pisas venit. Indeque Florentiam profectus est, et paulo post Pisas rediens, unde mox in Narbonensem [provinciam] navigavit. Florentini vero eum regem honorifice receperunt, et in recessu suo Andream militem de Paziis ac Dominicum Martellum iurisperitum oratores suos miserunt, et quousque navim ascenderet secum adessent, et honorifice sociarent; quod sic factum fuit, et maxime in oratione in ultimum vale a Dominico prefato luculenter dicta.

Alfonsus rex Aragonum cum exercitu contra Riccium de Monte Chiaro proficiscitur, ac Sanctum Germanum recuperat, oppidum quod dictus Riccius sibi substulerat. Alfonsus rex

c. 580 v

deinde in Abrutium vadit contra comitem Antonium Iacobi Chaldorie filium, et contra Iohan-

---

3. *cod.* millum — 6-7. *cod.* superior — 13. fenestra] *cod.* exetra

[1] Non è messa in luce la ragione che indusse l'Orlandini a fare uccidere Baldaccio. Aveva questi giustamente biasimato il gonfaloniere della sua viltà, per avere abbandonato l'anno avanti il passo di Marradi dinanzi alle soldatesche del Piccinino. Cf. Passerini nell'Arch. Stor. ital., serie III, parte II, p. 137 sgg.

[2] Cf. *Giorn. Napol.*, p. 1124, che narrano la presa di Napoli con qualche leggera differenza. Cf. anche Bonincontri, *Ann.*, p. 151 a cui il Sozomeno si attiene.

[3] "E sì per la fame, sì anco per forza il primo dì "di giugno che fu di venerdì, e chi dice fosse il secondo, "vi entrò dentro". *Mesticanza* del Petroni, p. 1124. In realtà ciò avvenne il 2 giugno 1442; rimase in mano dell'Angioino soltanto il Castel Nuovo che l'Aragonese potè avere il 12 giugno. Cf. *Giorn. Napol.*, p. 1128 e Iacopo Bracelli, *Hispan. bellum.*, lib. V.

[4] Il Bonincontri dice che andò a Capua nel 1442 (*Ann.*, p. 151).

nem de Cotignuola Francisci Sfortie comitis fratrem, et in pugna dictum comitem Antonium cepit, qui se redemit LX [1] milibus florenorum, et cuius etiam omnia sua castella sibi abstulit [2]. Iohannes vero Sfortia prelium aufugiens cum suis militibus in Picentes rediit.

Alfonsus rex Aragonum, subactis quasi omnibus regni citra Farum adversariis, Neapolis prius recepta arce, sive Castello Novo, cuius erat custos pro rege Renato Iohannes Cossa [3], et quod ex compositione regi Alfonso reddidit, cum maximo triumpho civitatem Neapolitanam intravit, non per portam sed per civitatis murum fractum, sociantibus eum ducibus, comitibus, marchionibus, proceribus atque militibus, et equitando perrexit ad fratrum Carmelitarum plateam, ubi currus triumphalis cum sede regali erat ornatissimus purpura, siricis auleis et auro; et ipse rex equo descendens in sede triumphali se posuit, et omnes prefati proceres pedites circum currum adstabant, submictentes, iurantes, ac regiam maiestatem confirmantes. Interim Florentini mercatores, qui tunc Neapoli residebant, cum maximo eorum sumptu triumphalem currum representantes, ante regis currum cum maxima societate et pompa mirabili regis triumphalis currus per civitatem ductus fuit; partim proceres currum precedebant pedites, et partim post currum pedites etiam sequebantur. Trahebant vero currum quattuor albi equi cum nobilibus neapolitanis. Et demum per totam civitatem facta deambulatione pervenerunt ad arcem seu Castellum Capuane, et ibidem rex descendens se collocavit [4].

Alfonsus cum triumpho ingreditur Neapolim

VIDCXLI.

1443

Eugenius papa IIII transtulit florentinum concilium ad civitatem romanam [5], et deinde die VII martii [6] Florentia discedens cum curia sua, sociante maxima Florentinorum pompa, Senis profectus est, et ibidem quasi octo menses [7] moram traxit.

Eugenius papa IIII Florentia abiit, et profectus est Senas

Bononia civitas a duce Mediolani et Nicolao Piccinino defecit, et ad libertatem reducta est. Veneti et Florentini cum Bononiensibus deinde faciunt ligam et fedus ad conservandam eam civitatem Bononie in libertate; et conclusa fuit Venetiis de mense iulii.

Bononia ad libertatem deducitur

Inter papam Eugenium IIII et Alfonsum regem Aragonum Sicilie et regni citra Farum fit coniunctio ac federatio: ut Picentes occupati a comite Francisco Sfortia restituantur pape [8].

Pape Eugenii et Alfonsi regis Aragonum fit coniunctio

Eugenius papa IIII die XIIII mensis septembris dicti anni Senis abiens Romam proficiscitur.

Eugenius papa IIII Romam proficiscitur

VIDCXLII.

1444

Leonardus Brunus arretinus, et civitatis Florentie civis et cancellarius, diem obiit die VIIII martii [9], ac corona laurea a populo florentino poeta decoratur sue etatis anno LXXIIII. Cuius opera sunt hec:

Historiarum florentini populi, lib. XII. — De primo bello punico, lib. I. — Commentarius rerum grecarum, lib. I. — De bello italico adversus Gothos, lib. IIII. — De temporibus

Leonardi poete laureati opera

---

[1] Probabilmente v'è qui un errore del copista: il Buoninsegni ha: "XL millibus aureis" (*Storie*, p. 152). La battaglia avvenne a Sessano il 28 giugno.

[2] I *Giorn. Napol.* dicono che gli lasciò "alquante "bicocche in Apruzzo, levandoli le genti" (p. 1126). Il Re si comportò con molta magnanimità verso di lui (RICOTTI, *op. cit.*, III, p. 92).

[3] Il re Renato d'Angiò aveva lasciato come castellano di Castel Nuovo Antonio Calvo genovese (*Giorn. Napol.*, p. 1125), e nel giorno di Natale del 1442 "mandò Giovanni Cossa che rendesse lo castello nuovo, e quello di santo Eramo a re Alfonso (*ivi*), p. 1127.

[4] Questo ingresso trionfale di re Alfonso in Napoli avvenne nel 1443 (*Giorn. Napol.*, ivi).

[5] Si tace qui delle ragioni di malcontento sorte tra il papa e i Fiorentini: per queste puoi vedere il PERRENS, *op. cit.*, I, p. 99.

[6] Credo che questa data sia più giusta che quella che dà Sant'Antonino nella sua *Cronaca* (Lione, 1543) il quale dice che Eugenio IV arrivò a Siena il 1° di marzo.

[7] Furono soltanto circa sette mesi, dal 7 marzo al 14 settembre; eppure più sotto dà la data esatta dell'arrivo del papa in Roma.

[8] Si accenna qui alla convenzione che il 14 giugno 1443 fu per opera dello Scarampi conclusa in Terracina fra il papa e re Alfonso, confermata dal pontefice il 6 luglio (PASTOR, *Storia dei papi*, I, 243).

[9] La data è inesatta: il Bruni morì l'8 marzo.

suis, lib. III[1]. — Isagogicum philosophie moralis, lib. I. — De studio et litteris, lib. I. — De malitia, lib. I. — De interpretatione recta, lib. I. — De laudibus Florentine urbis, lib. I. — Dialogorum, lib. II. — Vita Ciceronis, lib. I. — Vita Aristotelis, lib. I. — Epistolarum suarum, lib. VIII. — Contra hipocritas, lib. I. — Pro se ipso ad presides, lib. I. — Laudatio Iohannis Stroze, lib. I. — In nebulonem maledicum, lib. I. — Translationes eius Platonis videlicet de immortalitate anime, Gorgias, Phedros, Apologia, Crito, Epistole. — Aristotelis politicorum, lib. VIII. — Ethicorum, lib. X. — Iconomicorum, lib. II. — Orationes Demosthenis, lib. VII. — Plutarchi vite, lib. VIII. — Vita Marci Antonii, lib. I. — Vita Pauli Emili, lib. I. — Vita Catonis Uticensis, lib. I. — Vita Tyberii et Gaii Gracchiorum, lib. I. — Vita Sertorii, lib. I. — Vita Demosthenis, lib. I. — Vita Pirrhi, lib. I. — Vita Xenophontis tyranni, lib. I. — Vita Basilii, lib. I.

c. [illegible]

Inter Eugenium papam IIII et comitem Franciscum Sfortiam firmatur et concluditur pax die nona mensis octobris et parum firma stetit[2].

Iulianus cardinalis et Ladislaus Pannonie rex interficiuntur in bello Theucrorum

Triginta Theucrorum millia quasi inter Adrianopolim Danubiumque a Christianis sunt cesa. In qua pugna Vladislaus Pannonie rex, et Iulianus Cesarinus, diaconus cardinalis, et in eo prelio pontificis legatus pro Christi fide interierunt.

Nicolaus Piccininus moritur Mediolani die xv septembris[3].

1445

VIdcxliii.

Ager picenus ab Eugenio papa recuperatur

Eugenius papa IIII cum Alfonsi regis Aragonum auxilio, picenum agrum, quem comes Franciscus Sfortia per eiusdem pontificis concessionem possederat, recepit, fugato dicto comite[4].

Venetorum et Florentinorum coniunctio lige et federationis pacta iterum fiunt, et reformantur.

Baptista Cannetulus et Hannibal Bentivoglius duarum factionum Bononiensium principes interficiuntur

Bononienses, cum adepti essent libertatem, et Venetis ac Florentinis adhesissent, interim ipsorum more rempublicam bononiensem perturbant. Nam Baptista Cannetulus, unius factionis princeps et dux, sumptis armis et suis factiosis, Hannibalem Bentivoglium cum quibusdam aliis concivibus bononiensibus ex alia factione interfecit[5]. Qua de re tota civitas commota fuit, et ad arma se convertit. Erant tunc ibidem Venetorum et Florentinorum oratores ad confirmandam civitatem in coniunctione ipsorum Venetorum et Florentinorum, Zacharias Trivisanus, iurisconsultus Venetus, ac Donatus Cocchius, florentinus iurisconsultus, qui verentes ne Baptista Cannetulus post Hannibalis interficionem se duci Mediolani adhereret, et Venetos ac Florentinos postponeret, confestim in equos ascenderunt, populumque omnem cohor-

---

6. *Cod.* Phedrios — 15. *cod.* Vuladislaus — 22-23. *cod.* reformentur

[1] È l'opera *Rerum suo tempore gestarum commentarius.* Anche altri di questi titoli non sono esatti: sono per esempio male intitolate le sue opere filosofiche, come l'*Isagogicon moralis disciplinae*, così le sue traduzioni come il *De tiranno* di Senofonte, che per il Sozomeno diventa la *Vita Xenophontis tiranni.* Dimentica il *De origine urbis Mantuae*, il *De Romae origine*, l'*Orazione per l' investitura di Niccolò da Tolentino*, la *Polissena*, le *Vite di Dante* e *di Petrarca*, entrambe stampate da G. C. Galletti in Philippi Villani, *Liber de civitate Florentiae famosis civibus*, p. 45 sgg., Firenze, 1847, una novella in volgare edita dal Borghini in appendice al *Novellino*, una sua orazione per il Piccinino che è nelle *Epistolae* del Traversari, (coll. 17-19) in nota, e il *Trattato della cavalleria.* Non so poi che il Bruni abbia mai tradotto il *Critone* di Platone.

[2] La pace fra il papa e lo Sforza fu fatta il 10 ottobre 1444; il Bonincontri, che qui il Nostro segue, erra a porla all'anno 1443 (*Ann.*, p. 152).

[3] Il Piccinino moriva in Milano l'8 settembre 1444 (Ammirato, XXII, 45 e G. B. Bracciolini, *op. cit.*, p. 172). Chr. da Soldo, *Ann. brisiani*, *RR. II. SS.*, XXI, 832, erra dicendo che morì il 15 d'ottobre, così pure erra il Boninsegni che lo dice morto nell' ottobre (*Storie*, p. 80). Vi morì di dolore per essere stato suo figlio Francesco rotto a Montalcino da Bartolomeo Colleoni (Cavalcanti, vol. II, p. 223).

[4] Questa guerra nella Marca propriamente era terminata nel giugno del 1444 (cf. *Giorn. Napol.*, p. 1130).

[5] Veramente l'uccisore di Annibale Bentivoglio fu Baldassarre di messer Lambertino da Canedolo che con molti altri l'aveva assalito (*Hist. Misc. bonon.*, *RR. II. SS.*, XVIII, p. 676). Il Cavalcanti lo dice ucciso da Guasparre Canedolo (vol. II, p. 234).

tantes, ut sumptis armis Baptiste Cannetuli potentiam ac audaciam reprimerent. Unde populus sic irritatus ad Baptiste habitationem cucurrit, qui cum sua factione vallo domum suam muniverat. Et tandem, pugna asperrima commissa, multi hic inde interfecti fuerunt. Sed iam, Baptiste superata factione, sui coniurati fugam arripientes Bononiam egrediuntur. Baptista tunc ab omnibus derelictus, in quadamque cavea sue domus latens[1], ab inimicis ibidemque repertus interficitur; cuius corpus cum ignominia lacerantur; et domus ac res sue spoliate et igne consumpte fuerunt. Et sic Bononia liberata est, remanentibus victoribus [illis de] factione Bentivolia, ac in Venetorum et Florentinorum oratores immemores tanti beneficii fuerunt; nam confestim eos maximis privilegiis et beneficiis decorarunt.

Anni Christi*** Pontificum Nicolaus V. Imperatorum Federicus III. Anni mundi VIdcxliii. *c. 581 v*

1446

Antonius, frater sancti Dominici de observantia, archiepiscopus florentinus de mense martii ab Eugenio papa IIII pronuntiatur.

Venetorum et Florentinorum exercitus inter cremonensem atque mantuanum agrum in ripis Padi fluminis magnas equitum ducis mediolanensis copias profligavit.

Deinde posterisque diebus, iacto super Adduam flumen ponte, et superatis quos tumultuarie ipse dux reparaverat equitibus, usque ad menia urbis Mediolani[2] nullo penitus contra opponente, mediolanensem agrum Venetorum et Florentinorum equites depredantur.

Exercitus Venetorum et Florentinorum copias ducis Mediolani profligant usque ad menia Mediolani depredantes

VIdcxlv. 1447

Eugenius papa IIII Rome moritur die iovis xxiii mensis februarii et ab omnibus suis servis et clientulis spoliatur, ac nudum eius corpus super pavimentum dimictitur, presente tunc et conspiciente Dominico Martello magnifici communis Florentie oratore. Et sic transit gloria mundi[3].

Eugenius papa IIII moritur

Pontificum ccxvii Nicolaus V annis viii. Nicolaus papa

Nicolaus papa V in pontificem eligitur sexto die mensis martii die iovis[4], qui prius dicebatur Thomas de Sarezana italus ac sacre pagine doctor, parentibus satis prius ignotus, et uno anno ad episcopatum et cardinalatum et papatum promotus et assumptus fuit, mirabile dictu[5].

Oratores florentini ad papam Nicolaum V ad congratulandum proficiscuntur.

Philippus Maria mediolanensis dux die xv augusti[6] mortem obiit Mediolani, qui xxiiii annis Venetos et Florentinos molestavit bello, et tandem cum sui dominii diminutione ac desolatione interiit.

Philippus dux Mediolani moritur

---

8. *cod.* oratorum — 21. oratore] *cod.* auctore

[1] La *Hist. Misc. bon.* cit. (p. 678) dice che Battista fuggì dalla sua casa in quella di Bedore de' Preti appresso alla chiesa di san Martino " e a due ore di notte fu ritro- " vato sotto una buca, e cavato fuori fu tagliato a pezzi ".

[2] Dopo aver vinto il 28 settembre le soldatesche del duca di Milano, i Fiorentini e i Veneti collegati si avanzarono devastando fino a Monza (Osio, *Documenti*, III, n. 365, p. 440).

[3] Pare da queste parole che il Sozomeno, pur evitando di dare un giudizio favorevole di Eugenio IV, si voglia mostrare severo per i suoi fidi che così ne abbandonarono il cadavere. Del resto non fu il solo che non imprecasse alla sua memoria. In mezzo al coro dei più severi giudici si levò anche qualche voce isolata che lo volle quasi far passare per un santo. Vedi, ad esempio, Vespasiano da Bisticci, *Vita Eugenii IV*, XXV, p. 255.

[4] Non di giovedì, ma di lunedì, fu eletto Niccolò V; cf. la *Mesticanza* del Petroni, p. 1130.

[5] Quest'asserzione, essere cioè il Parentucelli divenuto vescovo, cardinale e papa in un solo anno, ripetuta anche da molti contemporanei, come per esempio dal Bonincontri, *Ann.*, p. 153, da N. della Tuccia, *op. cit.*, p. 206, dal Sanudo e da altri, e persino da uno storico recente, il Voigt (I, 405), è falsa, perchè fu eletto vescovo di Bologna il 27 novembre 1444, cardinale il 23 dicembre 1446 e pontefice il 6 marzo 1447. Cf. anche Pastor, *op. cit.*, I, p. 277, nota 2.

[6] Filippo Maria veramente morì il 13 agosto (Simonetta, *op. cit.*, XXI, 395). Il Bonincontri dice soltanto " de mense augusti ".

Laudum et Placentia a Venetis occupantur

Veneti post mediolanensis ducis mortem, Laudum et Placentiam occupant.

Comes Franciscus Sfortia cum esset a Venetorum et Florentinorum stipendiis solutus post ducis Mediolani mortem fit dux exercitus Mediolanensium, et in sui potestatem Papiam reducit, et contra Venetos exercitum parat.

Oppidum Ripemerrancii ab Alfonso Aragonum rege oppugnatur

Alfonsus, Aragonum, Sicilie et Apulie citra Farum rex, principatus libidine ductus, bellum contra Florentinos movet, et per volaterranum agrum circa Inferi maris litora [transivit,] et vi oppugnavit oppida Castelli Novi, Ripemerrancii, et deinde in Portu Fini castra posuit, et prope Campigliam oppidum in agrum pisanum proficiscitur; et demum Castiglionem de Piscaria et insulam Gilii capit[1].

Comes Franciscus Sfortia dux exercitus Mediolanensium vi et virtute suorum militum expugnavit Placentiam, ac civium bona suis militibus in predam convertit: Venetorumque milites et subsidia cepit, fugatis Venetis ipsis.

Florentini paraverunt exercitum contra regem Aragonum

Decem viri balie Florentie creantur pro sex mensibus. Florentini interim contra Alfonsum regem Aragonum congregarunt ex diversis locis exercitum suum, quem paulatim contra regem opposuerunt, et licet rex esset cum maiori exercitu, attamen non habebat liberum iter ad discurrendum; et sic ibidem in maritimis prope Castiglionem de Piscaria hiemare cum suo exercitu constituit[2]. Florentini etiam paraverunt se ad recuperandum castella a rege capta.

c. 58v
1448

VIdcxlvi.

Decem viri balie Florentie creantur pro sex mensibus et inceperunt de mense maii.

Rex Aragonum obsidet Piombinum

Rex Alfonsus Aragonum posuit castra sua in obsidione Piombini[3]. Et Florentini posuerunt suum exercitum prope Campigliam, et miserunt multos pedites Piombinum in presidium eius. Et interim receperunt Ripemerrancium et omnia castella amissa, excepto Castiliono della Pescharia.

Ripemerrancium occupatur a Florentinis

Quarto kalendas septembris die ** hora sexta solis est facta defectio.

Mediolanenses Laudum receperunt.

Rex Aragonum duas galeas Florentinorum capit

Alfonsus rex Aragonum dum Piombinum obsidebat de mense augusti navali pugna expugnavit Florentinos capiendo duas galeas annona et commeatu plenas.

Alfonsus rex Neapolim cum exercitu rediit

Alfonsus rex Aragonum in obsidione Piombini maritimi oppidi supra tres menses fatigatus, cum ex suis multos amisisset, et ceteri labore et extu maxima ex parte languidi imminentem populi florentini exercitum formidarent, obsidionem dissolvit die xiiii septembris[4], et totum exercitum in romanum agrum reduxit. Unde suorum quam plurimis egestate ac militie tedio confestim abeuntibus Neapolim, similiter ipse rex illuc navigavit.

Veneti a comite Francisco Sfortia profligantur

Comes Franciscus Sfortia, mediolanensium copiarum dux, Venetorum exercitum profligavit non longe a flumine Addua iuxta Charavagium oppidum: in qua pugna xv ferme bel-

6. transivit] *om. cod.* — 24. *cod.* diei — 29. *cod.* ammisisset — 32. *il cod. innanzi a* similiter *ha* et

[1] Per questi fatti che avvennero nel novembre del 1447 cf. Vespasiano da Bisticci, *Vita del re Alfonso d'Aragona* nell'*Arch. stor. ital.*, serie I, IV, parte I, e specialmente le lettere che la Signoria fiorentina mandava allora ad Alessandro degli Alessandri, capitano a Pisa.

[2] Questo però avveniva nel gennaio del 1448. Si accampò su territorio senese, presso Piombino.

[3] I *Giornali napoletani* con maggiore chiarezza dicono che "si voltò contro Rinaldo Ursino signore di "Piombino, quale fu aiutato dai Fiorentini" (p. 1130). Alfonso fu istigato a porre l'assedio a Piombino da Manuello Appiani, erede dei signori di questo nome che avevano dominato in quella città. Suo padre, Iacopo I, aveva lasciato il principato alla vedova Paola Colonna, da cui il potere era passato alla sua figlia Caterina, maritata a Rinaldo Orsini. L'Appiani voleva ora, con l'armi di Alfonso, occupare la signoria che, secondo lui, gli spettava. Vedi Cesaretti, *Istoria del principato di Piombino*, I, pp. 154, 166 e II, p. 1 sgg.

[4] Inesattamente il Buoninsegni dice che il re levò l'assedio "circa il fine d'ottobre" (*Storie*, p. 88). Il caldo, le febbri e più ancora l'avvicinarsi dell'esercito fiorentino, condotto dal faentino Taddeo Manfredi, costrinsero Alfonso a levar l'assedio.

latorum erant milia [1], et multi fuerunt capti, inter quos Amorans Donatus [2] in castris Venetorum profectus, et duces quidam copiarum cum publicis Venetorum vexillis capiuntur.

Veneti cum comite Francisco concordiam faciunt contra Mediolanenses

Veneti tandem cum comite Francisco compositionem et amicitiam faciunt, pacatis inter se rebus et terminatis finibus: donec ipse comes Mediolanum in suum arbitrium et potestatem recipiat. Et menstrua illi stipendia pollicentur.

Guidaccius, sive Guidantonius dominus Faventie de mense iunii moritur Senis, dum de balneis redibat, et suo testamento reliquit filios suos sub gubernatione ac dispositione communis Florentie. Et deinde eius filius ad stipendia Florentinorum conductus fuit.

Pestis in Tuscia, et quasi in tota Italia est [3].

VIdcxlvii. 1449

Felix olim dictus Amedeus dux Sabaudie renuntiat papatui

Amedeus dux Sabaudie, electus papa in concilio basiliensi et vocatus Felix, die xiii mensis aprilis renuntiavit papatum, et abdicavit se; quam abdicationem Nicolaus papa V acceptavit.

Veneti compositionem faciunt cum Mediolanensibus, ut regant civitatem in libertate, etiam nomine totius lige et colligatorum [4]. Quam compositionem comes Franciscus Sfortia ratificans, contra Mediolanenses acre bellum inceptum irritavit. Cui etiam tunc Florentini sub spetie mutui xx milia florenorum numeraverunt, ut facilius Mediolanum valeat sub sua potestate conducere. Erat iam comes Franciscus satis potens factus. Nam Ticinum sive Papiam, Cremonam, Parmam, Placentiam, Novariam, Tortonam, Alexandriam et Pontremolum possidebat.

VIdcxlviii. 1450

c. 582 v

Iubileus

Iubileus die xxv mensis decembris in die nativitatis Domini incepit, quem indixit Nicolaus papa V, duraturum per unum annum [5]. Et forsan scire aliqui cupiunt quare inventus sit Iubileus. Quibus lib. III quasi in fine Iudaice antiquitatis Iosephus respondit sic dicens, videlicet:

Iubileus idest quinquagesimus

Hec igitur etiam in tempore vite sue gesta tradidit Moyses, quorum quedam et in deserto degens adinvenit, quatinus dum Chananeam pergerent hec observarent, idest anno septimo requiem terre habeant ab aratro et plantationibus, sicut et ipsos septima die ab operibus cessare sancivit, et ut que sponte oriuntur de terra essent volentibus in uso communia et cum tribulis et extraneis, nihilque ex eis servarent. Hoc autem fieri post septimam annorum septimam iussit, qui sunt anni quidem quinquaginta. Vocaturque ab Hebreis hic quinquagesimus iubileus, in quo et debitores a creditore laxantur, et servi liberi dimictuntur, quia cum essent cum tribulis pro quadam transgressione legum ideo servitute scemata castigavit. Mortemque prohibuit instantes siquidem in iubileo, quod nomen significat libertatem. Restituunt etiam annos antiquis dominis isto modo: conveniunt venditor agri simul et emptor, et

---

15-16. *il cod. innanzi a* ratificans *ha* non — 16. *cod.* acris — 18. *cod.* Ticinium — 27. pergerent] *cod.* percíperent — 28. habeant] *cod.* prebeant; *tutto questo brano tradotto da Giuseppe Ebreo è assai guasto nel ms.* — 29. *cod.* esset — 30. *cod.* servaret — 33. *cod.* eo servitu scemate

[1] Si dovrà intendere dalla sola parte dei Veneziani che erano cinquemila fanti e dodicimila cinquecento cavalieri (Ricotti, *op. cit.*, III, 135).

[2] Il Buoninsegni lo dice Almoro Donato (*Storie*, p. 87); Amorante invece lo dice il Bonincontri (*Ann.*, p. 154) che qui il Sozomeno segue. Era Ermolao Donato, uno dei provveditori al campo veneziano.

[3] Questa pestilenza veramente infierì in gran parte d'Italia non solo nei mesi caldi, in Firenze specialmente e a Bologna (Antoninus, *Chron.*, XVII, cap. XII, § 3), ma anche nell'estate del 1447 e nel 1449 (Pastor, *op. cit.*, I, p. 315, nota 1).

[4] L'accordo fu concluso il 18 ottobre a Rivoltella, e puoi vederne i patti in Du Mont, III, parte I, p. 169.

[5] Il giubileo fu bandito il 29 gennaio del 1449, e doveva aver principio " nello proximo advenir 1450 in- " cominciando a nativitate Domini nostri Iesu Christi " (*Concistoro, Lettere ad an.* Archivio di Stato di Siena, in Pastor, *op. cit.*, I, p. 316, nota 2).

reputantes fructus ubertate compertos, venditor recipit agrum. Cum vero expensa transcendunt, hoc quod deest recipiet emptor et a possessione discedit. Connumeratis scilicet fructibus et expensis prioribus possessoribus reddit agrum. Eadem etiam [non] voluit in domibus obtineri que per vicos quosque vendantur, aliter definivit, siquidem, antequam impleatur annus, recipere pecunias, reddere domum cogit emptorem. Si vero completus annus fuerit, possessio confirmat emptorem. Hanc igitur Moyses legum constitutionem, dum sub monte Synai morarentur exercitus, a Deo cognovit et Hebreis scriptam tradidit. Cum vero circa legislationem iam putaret ista sufficere, ad exercitus militaria iura conversus est.

Item Levitici libri quasi in fine: Locutusque est dominus ad Moysen in monte Synai dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos: quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, sabbatizetis sabbatum Domini. Sex annis potabis vineam tuam colligesque fructus eius septimo autem anno, sabbatum erit terre requietionis Domini; agrum non seres et vineam non potabis, que sponte gignit humus non colliges, et uvam primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam; annus enim requietionis terre est. Sed erunt vobis in cibum, tibi et servo tuo, ancille et mercenario tuo, et advene qui peregrinantur apud te. Iumentis tuis et pecoribus que nascuntur prebebunt cibum: numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, idest septem septies, que simul faciunt quadraginta novem; et clanges buccinam mense septimo decima die mensis propitiationis tempore in universa terra vestra: sanctificabisque annum quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terre tue, ipse est enim

Iubileus

iubileus. Revertetur homo ad possessionem suam, et unusquisque rediet ad familiam pristinam; quia iubileus est, et quinquagesimus. Non seretis neque metetis sponte in agro nascentia, et primitias vindemie non colligetis ad sanctificationem iubilei, sed statim ablata comedetis. Anno iubilei redeunt omnes ad possessiones suas; quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum iubilei emes ab eo; et iuxta supputationem frugum vendet tibi. Quanto plus anni remanserunt post iubileum, tanto crescet et pretium, et quanto minus temporis numerabis, tanto minor et emptio constabit; tempus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere contribulos vestros, sed timeat unusquisque Deum suum, quia ego sum dominus Deus vester. Facite precepta mea, et iudicia custodite, et implete ea ut habitare possitis in terra absque ullo pavore. Et gignat vobis humus fructus suos, quibus vexamini usque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. Quod si dixeritis: quid manducemus hoc anno VII, si non serimus, neque colligebimus fruges nostras? Deus

c. 483

autem dabit.

Iubileus quare a pontificibus summis renovatus sit

Volens ergo omnipotens Deus lapsum hominis reparare, quosdam temporum modos instituit, hoc est nunc diluvio, nunc circumcisione, nunc lege, nunc aliis atque aliis remediis; novissime autem per incarnati verbi misterium in melius innovavit; quod cum, illuminante Spiritu Sancto, intelligerent homines quod vetus testamentum secundum literam pertinebat, et tamen figura erat novi testamenti; et etiam hoc novo testamento spiritum convenire iubilei anni misterium in quo fiebat terre remissio, servorum libertas, possessionum restitutio, quo pretio fuerant empte, christiano populo spiritualiter exhiberi, curarunt pontifices romane Ecclesie, ut quolibet quinquagesimo anno omnes, quibuscumque etiam gravissimis debitis obnoxii, vere penitentes et confessi apostolorum Petri et Pauli limina ac Lateranensis et beate Marie Maioris de Urbe Roma visitarent, certis modis et formis, ut in litteris apostolicis Bonifacii VIII, Clementis VI, Gregorii XI et Bonifacii IX. Nicolaus etiam papa V prefatas apostolicas litteras confirmavit anno nativitatis Christi MCCCCL, et insuper statuit et ordinavit: " ut omnes Christi fideles qui vere penitentes et confessi prefatas ecclesias visitaverint, om- " nium peccatorum suorum plenissimam indulgentiam consequantur. Ita videlicet, ut quicum-

1. *il cod. ha* ubertasse comperti — 7. *cod.* Syna.... et Hebreis scriptum esse — 11. *cod.* sabbatizet — 12. *cod.* requisitionis — 17. *cod.* buccina — 31. *cod.* severimus — 35. *cod.* innovasset; qui — 41. *il cod. ha* qui *innanzi ad* apostolorum — 42. *cod.* visitassent — 46. *cod.* penitentiam

" que voluerint indulgentiam huiusmodi assequi, si Romani ad minus xxx diebus continuis " vel interpolatis saltem, si vero peregrini aut forenses modo simul xv diebus ad predictas " basilicas et ecclesias accedere teneantur, ac adicientes ut hi etiam qui per ea consequenda " ad easdem basilicas et ecclesias accedentes post iter arreptum impediti legitime quominus " ad urbem Romam illo anno valeant pervenire, aut in via, vel dierum pretaxato numero " non completo, in dicta urbe decesserint, vere penitentes, ut premictitur, et confessi indul- " gentiam consequantur. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno nativitatis dominice mil- " lesimo quadringentesimo quadragesimo nono kalendis februarii pontificatus nostri anno " secundo [1]."

Christianorum concursus ad iubileum

Ad iubileum tunc tanta christianorum multitudo profecta est, ut Nicolao pape V opus fuerit ad quinque dies ecclesiarum ac basilicarum visitationes reducere, et deinde crescente multitudine etiam ad tres dies minuere, maxime usque ad tempus Pentecostes. Sed deinde, peste superveniente, aliquantulum multitudo christianorum cessavit, et Nicolaus tunc papa cum curia sua Camerinum profectus est [2]. Sed adveniente autumno et Nicolao pontifice cum sua Curia Romam redeunte, iterum tantus christianorum fuit concursus ad urbem, ut etiam opus fuerit Nicolao summo pontifici ecclesiarum visitationes ad unum diem reducere. Sed heu dolendum est! Nam die decimonono decembris [3] dicti anni hora xxiiii, dum christiano- *c. 583v* rum maxima multitudo post Sudarii manifestationem in Sancti Angeli sive Hadriani ponte super Tyberim tanta fuit equorum hominumque multitudinis oppressio, quod plus quam centum quadraginta homines suffocati sunt, et multi, mirabile dictu, in Tyberim submersi, et nisi clausa fuisset porta pontis, multi etiam plures mortem obiissent [4].

Infortunium in ponte sancti Angeli, ubi multi christianorum in oppressione expirarunt

Caritas magna facta ab hospitali sancte Marie nove de Florentia

Sed non tacendum arbitror quid tunc in isto iubileo ministri hospitalis sancte Marie Nove de Florentia fecerint. Nam per totum iter usque Senas miserunt multos mulos ac muliones qui deducebant quoscumque infirmos in itinere reperiebant Florentiam ad dictum hospitale, ubi benigne ac cum omni diligentia curabantur; fuit profecto grata benignitas ac caritas Deo et hominibus.

Non mireris preterea, lector, si tam prolixum de iubileo sermonem habere volui, quoniam in temporibus meis vidi; et senectus, ut ita loquar, aliquantulum est loquacior; licet de principio iubilei dixerimus in primo volumine anni mundi IIIccxxxv; nam ab Adam usque ad dictos annos erant iubilei xli secundum Hebreos.

Franciscus Sfortia comes fit dominus et dux Mediolani

Franciscus Sfortia comes die xxvi mensis februarii MCCCCL [5] fit dominus et dux Mediolani vocatus in tumultu a populo mediolanensi. Videlicet namque cum diu Veneti et ipse comes Franciscus Mediolanum obsedissent, ac deinde ipsi Veneti, relicto dicto Francisco comite eorum duce, Mediolanensibus adheserunt, eorumque sub quodam velamine defensionem capientes, commissarium suum illuc etiam miserunt, permanente tamen dicto comite Fran-

---

2. *cod.* interpollatis — 32. *cod.* videlicet. Namque

[1] Della bolla giubilare è qui data sola una piccola parte. Vedila in Rinaldi, *Ann. ecclesiast.*, 1449, nota 15.

[2] Della straordinaria affluenza de' pellegrini a Roma parlano tutti gli storici contemporanei. Vedili enumerati in Pastor, *op. cit.*, I, p. 317. Cristoforo da Soldo (*Ann. brix.* cit., p. 867) dice: " durò questo l'intero " anno eccettuato l'estate in causa della pestilenza alla " quale infiniti soggiacquero. Ma, cessato appena al su- " bentrar della rigida stagione il contagio, ecco nuova " affluenza di pellegrini ". Il pontefice, per fuggire la peste, passò da un castello all'altro con piccola corte e poco seguito, e, se fu anche a Camerino, rimase assai più a lungo a Fabriano. Per questi viaggi del papa nel 1450 vedi *Chronicon ariminense* in *RR. II. SS.*, XV, p. 966.

[3] Paolo di Ponte, che fu testimone oculare, registra il fatto ai 18 settembre 1450; ma erra, perchè anche l'Infessura, (ediz. cit., p. 49), ed altri diaristi contemporanei registrano questo fatto ai 19 di dicembre. N. della Tuccia, *op. cit.*, p. 414, con manifesto errore, dice il 24 dicembre. Ma per questo luttuoso avvenimento vedi Pastor, *op. cit.*, I, p. 330 sgg.

[4] L'Infessura dice: " che lì vi morsero persone " doiciento .... et delli morti parte ne gì ad Santo Celso " et parte a Campo Santo, dove ne furo portate deciotto " carette piene de huomini morti ". Cf. anche Paolo dello Mastro, *Diar. rom.* cit., p. 48.

[5] Hanno questa data i *Capitula inter civitatem Mediolani et Fr. Sfortiam* (Perrens, *op. cit.*, I, 135, in nota). L'ingresso dello Sforza in Milano avvenne il 25 marzo e non il 26 o il 28 febbraio, come dicono vari autori, confondendo la data dell'ingresso in Milano con quella dell'esaltazione dello Sforza al ducato.

cisco cum suo exercitu in Mediolani obsidione, ex quo annona atque commeatus in ipsa defecerunt civitate, et aliqui iam fame perierant. Unde quidam cives timentes, quoniam nescit plebs ieiuna timorem, apud rectores atque urbis gubernatores conquesti sunt circa famem de remedio opportuno provideri. Quod audiens quidam dominus Leonardus Venereus Venetorum ibidem commissarius, presidentibus persuadebat ut aliqui ex illis civibus sic querelantibus capitis incisione punirentur. Tunc illi cives conscii talis pene facti, confestim populum contra Venetos incitaverunt, et die xxv dicti mensis prefatum dominum Leonardum Venereum interfecerunt, ac clamaverunt omnes: "Franciscus Sfortia comes salvus sit, vivat et regat", ac sequenti die eum Mediolanum introduxerunt: cum omnium civium nobilium ac populi totius amore, caritate atque unione elegerunt dictum Franciscum Sfortiam in eorum dominum et ducem, quemadmodum ipse Franciscus scripsit magnificis dominis Florentinis, subscribens se sic: "Franciscus Sfortia vicecomes, dux mediolanensis, Papie, Anglerique comes, Cremone, "Parme, Placentie etc. Ex Mediolano die xxvi februarii 1450"[1].

Oratores florentini ad Ducem Mediolani proficiscuntur

Florentini deinde Nerium Capponem, Lucam Pittium, Diotisalvium de Diotisalvis[2] ac Petrum Cosme ex Medica familia ad Franciscum [ducem] Mediolani transmiserunt; qui exiens obviam eis cum maximo honore et pompa, eos Mediolanum recepit, perfectisque honoribus ac festivitatibus, ipse Nerius Capponus et Petrus Cosme Venetias profecti sunt oratores, ut omnino ipsos Venetos cum Francisco duce mediolanensi facerent concordes. Et tandem Veneti c. 58 t indignati de tanta Francisci ducis exaltatione, quam etiam Florentinorum presidio exaltatam putabant, eos re infecta circa pacem remiserunt.

Iohannes medicus de Montecatino, de heresi ab archiepiscopo florentino damnatus, ad magistratum secularem mictitur, ac statim comburitur.

Pax fit et concluditur cum Alfonso rege Aragonum, Sicilie ac regni citra Farum cum Florentinis die xxi iunii[3].

Nicolaus papa V Roma abiit die xxii iunii propter pestem et Fabrianum cum sua curia profectus est[4].

Bernardinus senensis sancti Francisci frater inter sanctos a Nicolao papa V de mense maii canonizatur[5].

Amedeus, dux Sabaudie et olim in concilio basiliensi Felix papa nominatus, et [qui] deinde abdicavit se, ut diximus, moritur[6].

Rainaldus de Ursinis dominus Plombini die xiii iunii ex peste moritur[7].

Caterina uxor eius Rainaldi, et filia olim domine Paule de Columna, remanet Plombini domina.

Oratores regis Aragonum et Venetorum Florentiam veniunt

Regis Alfonsi Aragonum ac Venetorum oratores Florentiam veniunt[8] cum prius inter eos fuisset firma liga, petentes confederationem ac ligam facere cum Florentinis, duce mediolanensi quodammodo remoto, quam si acceptare voluisset, protestati sunt de Florentino-

---

1. *cod.* ex qua — 15. *cod. om.* ducem, *che del resto si ricava dalla rubrica* — 29. *cod.* Amodeus — 36. *cod.* voluerunt

[1] L'uccisione dell'oratore veneto avvenne realmente il 25 febbraio; ma lo Sforza fece il suo ingresso in Milano il 25 di marzo. Così si spiega l'errore di alcuni storici che pongono l'ingresso dello Sforza in Milano al 25 febbraio, confondendo la data del giorno della sollevazione del popolo milanese in favore dello Sforza con quella del suo ingresso. Cf. Perrens, *op. cit.*, I, p. 135.

[2] Intendi Diotisalvi Neroni.

[3] Con questa data infatti è il testo del trattato che si può vedere in Du Mont, III, parte I, p. 175. Altri autori errano assegnando a questo trattato la data del 29 giugno.

[4] Veramente partì da Roma il 15 luglio.

[5] La bolla di canonizzazione di san Bernardino da Siena è del primo luglio 1450. Vedi in Laerzio Cherubini, *Magnum bullarium romanum*, pp. 375-377, Lione, 1673; ma la cerimonia della canonizzazione fu fatta la domenica di Pentecoste, 24 maggio. Cf. Pastor, *op. cit.*, I, p. 320.

[6] Morì a Ripaille il 7 gennaio 1451, sicchè questa notizia è fuori di posto.

[7] Il Buoninsegni, *Storie*, p. 90 dice invece che morì: "nell'entrata di luglio".

[8] Erano Matteo Vettori per la repubblica di Venezia, e Antonio da Palermo, segretario del re. Veramente essi esposero il loro mandato alla Signoria il 6 marzo 1451 (Perrens, *op. cit.*, I, p. 140).

rum expulsione de locis et dominatione ipsorum [1]. Florentini vero non timentes ipsorum minas, responderunt quod erant multe civitates in Italia potentes, et in aliis etiam locis in quibus benignissime acceptarentur et reciperentur; et quod a duce mediolanensi nullo modo volebant discedere, et demum re infecta abierunt.

VIdcxlix. 1451

Karolus rex Francorum fit dominus Normandie et Guasconie

Karolus VII rex Francorum vi armorum et militie fit dominus Normandie, pugnis depulsis Anglicis, qui multos annos ipsas provincias subiugarant, excepto Calese oppido maritimo, quod Anglici adhuc possident.

Manuel fit dominus Plombini

Manuel, filius Iacobi militis de Appiano, die xx februarii, mortua Caterina domina Plombini, vocatus ab omni populo fit dominus Plombini.

Alfonsus rex Aragonum omnes Florentinos de regnis suis eiecit

Alfonsus, rex Aragonum, Sicilie et regni citra Farum, die xxxi maii de suis regnis omnes Florentinos ac eis subiectos indixit abire, ex eo quod cum Venetis colligatus sic convenerat.

Veneti prohibent Florentinos stare in suo dominatu

Veneti similiter die primo iunii, cum dicto Alfonso rege Aragonum conventione facta, omnes Florentinos stare inhibuerunt Venetiis et in omni suo dominatu.

Decem viri balie Florentie creantur pro sex mensibus, et inceperunt die xi iunii, et deinde confirmati fuerunt pro aliis sex mensibus.

Florentini cum Francisco mediolanensi colligant se contra Venetos et Regem Aragonum

Florentini cum Francisco Sfortia duce Mediolanensi coniunctionem et fedus fecerunt contra Alfonsum regem Aragonum et contra Venetos, licet prius plurima disceptatio inter Florentinos facta fuerit, utrum bellum caperetur, an pax prius inter Venetos et ducem deberet tractari. Et tandem bellum indictum fuit, ex eo maxime propter ipsorum Florentinorum expulsionem factam a rege Aragonum et Venetis de terris ipsorum.

Decem viri balie Florentie confirmantur pro aliis sex mensibus [2].

Florentini et Franciscus dux Mediolani coniunctionem et societatem cum Genuensibus faciunt contra Alfonsum regem Aragonum et contra Venetos; et publicata ac preconizata fuit Florentie die xvii mensis novembris.

VIdcl. 1452

Federicus III Florentiam intravit

Federicus III de Austria, romanorum rex et imperator, die xxx ianuarii in dominica, hora diei xxii, Florentiam cum maxima pompa intravit. Nam archiepiscopus cum toto clero, ac magnifici priores et vexillifer iustitie principatusque, et magistratus omnes populi florentini, usque ad ianuam sancti Galli sibi fuerunt obviam [3], et cum maximo apparatu duxerunt eum ad ecclesiam maiorem, ac deinde per civitatem sociantes usque ad fratrum sancti Dominici conventum. Erat etiam cum eo nepos eius, filius olim Alberti imperatoris genitus ex filia unica imperatoris Sigismundi, qui hereditario iure Boemie et Hungarie rex appellabatur, duodecimum annum agens vel circa [4]. Frater item ipsius imperatoris Federici, dux Austrie, cum eo erat. Imperator ipse xl annos vel circa natus erat, satis humanus et forma placabilis: statura vero eius plus quam mediocris [5].

---

3. *cod.* recipiebantur — 18. *cod.* discrepatio

[1] Il re Alfonso negli ultimi giorni del maggio 1451 aveva fatto sequestrare tutte le mercanzie de' Fiorentini e aveva fatto cacciare questi dal suo territorio, com'è detto più sotto.

[2] Si noti che questo lo aveva già detto sopra e si pensi sempre a ciò che nella Introduzione abbiamo detto del modo con cui fu composta e ordinata quest'ultima parte del *Chronicon.* Non so poi come il Nostro nulla dica della lega che i Fiorentini fecero con Carlo VII, re di Francia.

[3] Pare che non sia esatto ciò che disse Enenkel (*Verzeichnuss was sich bei Kaiser Fridrichen Rayss nach Rom zugetragen bei v. Hoheneck, Stände des Ertzherzogthums Oesterreich ob der Ennss,* III, p. 135) cioè che l'incontro con Federico sarebbe avvenuto "presso la "città".

[4] Era questi Ladislao il Postumo, figlio d'Alberto II: Federico III lo aveva spogliato del trono avito.

[5] Cf. Rinuccini, *Ricordi storici,* ediz. Aiazzi, Firenze, 1840, p. 75 e Buoninsegni, *Storie,* p. 96.

Federicus imperator tres milites creat

Federicus imperator cum esset in ecclesia maiori florentina, dum solemnia sacra in die purificationis beate Marie Virginis cum maximo apparatu celebrarentur, tres in gradum militarem florentinos instituit, videlicet Orlandum de Medicorum prosapia, Karolum Angioli Pandolfinum, ac Alexandrum de Alexandris [1].

Duo Cardinales a Nicolao pontifice summo missi imperatori Florentie obviam facti sunt.

Federicus imperator Florentia abiit

Federicus imperator de civitate florentina abiit die sexta mensis februarii [2] hora diei XXII, sociantibus cum duobus cardinalibus, ac omnibus magistratibus florentinis usque ad ianuam sancti Petri Gattolini.

Leonora imperatrix ad Federicum imperatorem venit

Leonora, filia olim regis Hispanie [3] et soror regis Hispanie, die septima [4] februarii cum veniret ad Federicum imperatorem cum maxima comitiva, ut matrimonium cum eo consumaret in civitate pisana, a Florentinis et eorum oratoribus magnificentissime recepta fuit: pro cuius acceptatione quingentis et duo milia florenos exposuerunt; ac cum ibidem sexdecim dies moram traheret, tandem ab oratoribus florentinis, sociata usque ad Senarum civitatem, ubi tunc erat Federicus imperator, relicta fuit et abierunt.

Federicus imperator deinde cum Leonora uxore sua Romam ingressus est maximo cum triumpho, prelatis omnibus eum sociantibus, scilicet cardinalibus, archiepiscopis, et episcopis, et toto clero ac populo romano, et oratoribus Venetorum, Florentinorum, et Ducis Mediolani. Nicolaus vero papa V super Sancti Petri gradus in pontificali apparatu cum aliquibus cardinalibus eum ad pedum osculum et manus eum recepit, et similiter Leonoram imperatricem. Et deinde sancti Petri ecclesiam intrantes, eum in aulam pape collocarunt die XVI martii [5]. Coronam vero ferream, quia Mediolani non receperat, ut moris est, cum dispensatione pape Rome primo recepit. Et deinde decimonono die mensis martii, anno Christi a nativitate LII supra mille CCCC, Rome a papa Nicolao V romanorum imperator corona aurea coronatur hac solempnitate videlicet [6].

c. 585

Nicolaus papa V in pontificali apparatu summo mane indutus et similiter cum omnibus cardinalibus et prelatis indutis albas vestes, premissis solitis ceremoniis, coronavit Federicum imperatorem.

Federicus imperator cum imperatrice post coronationem suam profectus ad pontem Hadriani, sive sancti Angeli, ducentos septuaginta insignivit milites, inter quos non fuerunt nisi octo italici, reliqui vero omnes ultramontani [7]. Et deinde ad sancti Iohannis ecclesiam profectus fuit.

Decem viri balie belli pro sex mensibus Florentie eliguntur.

Rex Renatus cum duce Mediolani et Florentinis fedus facit et conducitur contra Venetos

Angelus Acciarolus, Florentinorum orator, fedus et colligationem firmavit cum rege Renato [8] et Duce Mediolani et Florentinis contra Venetos.

Federicus imperator rediens Roma post coronationem iterum die quinto maii Florentiam

---

29. *cod.* dugentos

[1] Il Buoninsegni (*Storie*, p. 97) dice che furono quattro, e il quarto fu "un giovane figliuolo del Podestà, "che allora era in Firenze".

[2] Data erronea. L'imperatore partì da Firenze il 6 marzo (Pastor, *op. cit.*, I, p. 364, nota 1).

[3] Leonora era figlia del re di Portogallo: v'è un manifesto errore derivato dalle parole seguenti.

[4] Il Buoninsegni (*ivi*) dice il 5; cf. Pastor, I, p. 364, nota 1.

[5] Data erronea. L'Infessura, *ediz. cit.*, p. 52, dice che l'imperatore fu ricevuto alle scale di San Pietro il 9 di marzo ed ha ragione, perchè se l'imperatore arrivò a Roma l'8 marzo, secondo un'antica costumanza, non potè entrare nella città eterna, che il giorno dopo.

[6] Cf. con Goswinus Mandocta, *Descriptio introitus Imper. Frid. III in urbem Rom. ecc.* nei *Regesta* del Chmel, n. 98, e con la *Historia Frider. III* di Enea Silvio Piccolomini. L'incoronazione veramente avvenne il 19 marzo, e non il 18, come dice il Gregorovius, *op. cit.*, p. 143. Cf. il Pastor, *op. cit.*, I, 369-370 che enumera altre numerose fonti storiche. Il Gregorovius fu tratto in errore dall'Infessura che aveva detto il 18 marzo.

[7] Il numero dei cavalieri fatti in quel giorno varia presso gli storici. Cf. Pastor, *op. cit.*, I, p. 371, nota 4.

[8] Qui v'è un errore evidentissimo: si doveva dire Carlo VII, re di Francia. Veramente da Carlo VII non si ebbero che buone parole. La lega col re di Francia e col duca di Milano fu proclamata in Firenze il 9 aprile 1452 (Perrens, *op. cit.*, I, pp. 148 e 152).

ingressus fuit, et alio die sequenti[1] in mane confestim, non expectatis magistratibus florentinis, solus cum suis militibus abiit versus Bononiam, et successive in Austriam, patriam suam, nullam rem preter coronationem suam memoratu dignam in Italia relinquens[2].

Federicus imperator rediens Florentiam confestim abiit in patriam suam

Octo[3] iurisperitus a Florentinis mictitur Senas, ut Senenses permicterent transire pedites et equites suos, et etiam ut eis suaderet pacem et concordiam. Et tandem responderunt nulli se negare transitum, et quod precipue desiderabant pacem, et nullis venientibus annonam preberent.

Franciscus Sfortia, dux Mediolani, de mense maii[4] cum maximo exercitu movit castra contra Venetos, et profectus fuit in agrum brixianum.

Belli initium Venetorum contra Ducem Mediolani

Veneti vero ex opposito cum maximo exercitu posuerunt castra sua de dicto mense prope ducis Mediolani castra.

Don Fernandus, filius naturalis regis Alfonsi Aragonum, missus a patre cum octo milibus equitum et quattuor milibus peditum contra Florentinos die xx mensis iulii in agrum arretinum descendit, et tandem obsedit Foianum, castellum Florentinorum. Et tandem post quadragesimum diem obsidionis dictum Foianum die ultimo septembris ex quadam pactione facta cepit[5]. Et deinde presidio dimisso Foiani, cum suo exercitu Rincinum, Florentinorum oppidum, petiit, quod etiam custodiendum utilitate et timore confestim habuit. Et deinde cum Castelline castellum obsideret, tandem die sexto octobris[6] cum suo dedecore obsidionem relaxavit, et cum suo exercitu in agrum senensem transiit.

Don Fernandus contra Florentinos mictitur, et capit Foianum et Rincinum castella Florentinorum

Bordea, civitas in Guasconia, a rege Francorum deficit, et rediit ad Anglos, dum Agnolus miles Acciarolus, orator Florentinorum, esset cum rege Francorum, ut eum commoveret et conduceret contra Alfonsum, regem Aragonum.

Vada, statio sive portus olim Pisanorum et nunc Florentinorum, a rege Aragonum de mense decembris capitur et munitur.

VIdcli.

1453

Stephanus Porcarius, miles romanus, cum a papa Nicolao V Bononie esset relegatus, et clam rediisset Romam, ac cum quibusdam suis coniuratis conspiravisset in papam, et die quinta ianuarii Rome caperetur, tandem coniuratione patefacta die viii dicti mensis super menia Castelli sancti Angeli laqueo suspensus vitam finivit. Et similiter quinque cum eo coniurati in Capitolio laqueo suspensi fuerunt[7].

Stephanus Porcarius miles romanus laqueo suspenditur

Karolus arretinus, populi florentini cancellarius, ac grece latineque [lingue] peritus xxv die aprilis dicti anni mortem obiit, et cum maxima pompa in ecclesia sancte Crucis ordinis sancti Francisci sepellitur.

c. 585 r

Karolus cancellarius florentinus diem obiit

---

14. *cod.* Fovianum — 31. lingue *om. cod.*

[1] Il Cambi e il Morelli dicono che Federico lasciò Firenze il 7; ciò che si accorda con quello che dice il Buoninsegni, per cui sarebbe rimasto in Firenze tre giorni (*Storie*, p. 98).

[2] Identico è il giudizio che tutti i cronisti contemporanei dettero di lui. Valga per tutti quello che ne diede sant'Antonino nella citata *Cronaca* "Nil autem imperialis maiestatis visum est in eo: nec liberalitas, nec sapientia quum quasi semper per alium loquebatur; sed multa cupiditas quum munera honeste quaereret et libenter acciperet. Demum reversus est in domum suam cum modica opinione virtutis sue" (parte III, tit. XXII, cap. III).

[3] Ottone Niccolini, che ritroveremo ricordato altrove.

[4] Veramente i due eserciti uscivano a guerra già nel mese d'aprile, l'uno, il veneto, condotto da Gentile da Lionessa, l'altro guidato dallo Sforza in persona (Ricotti, III, p. 161). Ma ad ogni modo Venezia fece la dichiarazione di guerra il 16 maggio (Ammirato, XXII, p. 71).

[5] Secondo il Buoninsegni (*Storie*, p. 100) invece Foiano s'arrese il 2 settembre ed è questa la data vera della resa di Foiano. L'assedio di Foiano durò un mese e mezzo con molta vergogna del re di Napoli.

[6] Più giustamente il Buoninsegni dice che partirono il 5 novembre (*Storie*, p. 101). All'assedio della Castellina rimase ben quarantaquattro giorni. Strinse inutilmente d'assedio anche i castelli di Brolio e Cacchiano, feudi della famiglia Ricasoli.

[7] È errato il numero dei complici mandati a morte che il Buoninsegni dice 16, l'Infessura (ediz. cit., p. 55) 9.

Epitaphium

Postquam intempestiva Karolus hic est morte raptus, greca ac latina lingua lugent, cuius tempora corona apollinea Florentia decoravit anno Christi a nativitate MCCCCLIII, die vero XXVI aprilis.

Epithafium

Ostendunt Karolum terris hunc fata neque ultra
Esse sinunt: cuius Florentia tempora cinxit
Frondifera lauru, tollens ad sydera vatem.

Podius de Terra Nova vir eruditus Florentinorum cancellarius eligitur.

Civitas constantinopolitana a Mahomecto, duce Theucrorum, post longum bellum XXVIII die mensis maii vi et prelio capitur[1]: de qua Sybilla Erithrea sic prophetavit.

Sybilla Erithrea

Sibylla ergo Erithrea quinta fuit in numero Sybillarum, de quibus satis in nativitate Christi supra diximus; et hec Erithrea de Constantinopoli prophetavit, quam Apollodorus Erithreus affirmat suam fuisse civem. Nam Grais Ilium petentibus vaticinata fuit Troyam esse perituram, et Homerum mendacia scripturum; sic ergo dicit: Post hec veniet pardus filius aquile habens capita duo pedesque sexdecim. Hinc leo simul cum catulis rugitum dabunt, surgetque in ipsum debilitabitque leonem pardus, et duos ex catulis devorabit, partem capitis, quam aquile subtraxit, evellet pardus. Hinc leo arte factus apollinea non resurget, donec leena virili animo pardam pardumque concutiat triumphans ipsum, non modice caput unum evellet imponetque leoni. Hinc leo, resumpta virtute, pardum vorabit, et non erit ultra semen aquile. Leonis vero rugitum pertimescent Danai, venietque in Bisantium. Rursus prophanabitur, nec erit ultra gloria eius. Hyrcus triceps tria amictet capita, et non erit semen. Hec illa[2].

Desolatur ergo constantinopolitana urbs hoc modo videlicet: primo nempe Mahomectus habitatorum civium aliquos alligavit, et per collum alligatos extra Constantinopolim deduxit tam nobiles quam populares, quorum partem vendidit, alios in servitutem dedit.

Nicolaus papa V, audita ac intellecta urbis constantinopolitane captivitate a Theucris facta, pro recuperatione eius et pro christiana veritate sic constituit et decrevit, et indixit decimas omnibus curialibus et clero totius christianitatis.

Decem viri balie Florentie creantur pro sex mensibus et inceperunt die duodecimo iunii.

Rex Renatus in Liguriam contra Venetos venit

Rex Renatus a Florentinis conductus[3] in Liguriam cum suis equitibus et peditibus venit, et cum Francisco Sfortia, Mediolani duce, se coniunxit contra Venetos; in cuius adventu nonnulla Venetorum castella subegit, et in principio prospera fortuna se gessit.

c. 58

Rincinum a Florentinis recuperatur

Exercitus Florentinorum decem milium equitum et peditum, cum castra posuisset in obsidione Rincini, castelli Florentinorum capti.... paucis diebus machinis bellicis et lapidum tormentis, sive ut ita dicam, bombardis, recuperavit die tertio augusti dicti anni. In quo exercitu presidebant Alexander Sfortie filius, Sigismundus, Arimini dominus, Astor, Faventie dominus, Simonectus et alii plures duces.

Florentini fiunt domini castelli sancte Marie in Bagno et a-

Gherardus, olim Iohannis militis filius, de Gambacurtis pisanus castellum sancte Marie in Bagno[4] et alia castella que a comuni Florentie pro civitatis pisane compensatione receperat in Romandiola, die XI augusti Alfonso, regi Aragonum, tradidit contra voluntatem

6. *cod.* flondifera - *cod.* vates — 8. *cod.* Maphomecto — 22. *cod.* Maphomectus — 35. *cod.* Astur

Cf. G. Sanesi, *Stef. Porcari e la sua cong.*, Pistoia, Bracali, 1887. Non è esatto neppure il giorno del supplizio, perchè fu il 9 gennaio (cf. Infessura, *ediz. cit.*, p. 54, che fu testimone oculare e G. Sanesi, *op. cit.*, p. 104 e meglio ancora il Pastor, *op. cit.*, I, p. 420, nota 2). Altri cronisti dànno pure una data erronea, per esempio Bonincontri (*Ann.*, p. 157) dà il 5, N. Della Tuccia, *op. cit.*, il 18.

[1] La presa di Costantinopoli avvenne il 29 maggio.

[2] Anche il Bonincontri (*Ann.*, p. 157) ricorda la predizione della Sibilla Eritrea.

[3] Veramente era stato condotto al servizio de' Fiorentini e del duca di Milano.

[4] Trattasi qui della piccola contea di Bagno nei pressi di Cesena, fra Cervia e Ravenna.

communis Florentie, que dominus Puccius[1] nomine dicti regis etiam recepit. Sed sequenti die cum Gherardus esset in arce et haberet secum quinque Pisanos, illi Pisani tandem excludentes Gherardum de arce, clamarunt eam retinere pro comuni Florentie. Et sic Gherardus et dominus Puccius delusi confestim abierunt; et Florentini remanserunt arcis et castelli sancte Marie in Bagno et aliorum castellorum domini[2].

liorum expulso Gherardo Gambacurta

Foianum die XXII augusti dicti anni[3] ab exercitu Florentinorum vi expugnatur, et quadringenti equites et multi pedites fuerunt capti. Verum sequenti die, sive casu fortuito sive ex industria, pro maiori parte dictum castellum crematum est. Florentini tamen pro riedificatione dicti castelli, et pro recompensatione oppidanorum pauperum magnifice pecunia data publica et annona providerunt.

Terremotus magnus Florentie

Terremotus magnus Florentie fuit die XXVIII septembris hora quinta noctis dicti anni, et multi camini elapsi et muri aperti fuerunt; qua de re tota civitas florentina submota fuit, et quasi omnis populus deinde in viis publicis pernoctabant, et supplicationes quattuor indicte sunt. Et aliqui etiam propter murorum lapsum mortui sunt in lecto dormientes extra ianuam Pinti, nam multos dies frequentarunt terremotus.

Vada a Florentinis recuperatur et desolatur

Vada portus, sive statio Pisanorum olim et nunc Florentinorum, die XXIII mensis octobris[4] ab exercitu Florentinorum vi ac machinis bellicis expugnatur atque recuperatur satis cum regis Aragonum dedecore, et Vada funditus destruitur.

Oratores Venetorum, Regis Aragonum, Florentinorum ac Ducis Mediolani, a papa Nicolao V pro pace constituenda vocati, Romam iter arripuerunt[5].

Vexillifer iustitie comunis Florentie in medio potestatis et capitanei ex provisione facta nunc proficiscitur de mense novembris dicti anni; nam prius potestas in medio vexilliferi et prepositi priorum ibat. Et etiam deliberatum fuit quod mazerii et domicelli dominorum priorum bacula argentea more romane curie ferrent in comitando priores populi Florentini et vexilliferum iustitie.

c. 586 v

Postquam Foianum et Rincinum atque Vadam castella a Florentinis recuperata sunt, et iam exercitus Florentinorum prevaleret, et don Fernandus iam cum suo exercitu discessisset et [Massam] Maritimam et Castiglionem petiisset, quasi totus populus florentinus irritatus contra Senenses bellum incipere volebat, et etiam decem viri balie hoc persuadebant, ex eo maxime quod Senenses annonam et commeatum exercitui regis Aragonum ministrassent et predas bonorum Florentinorum emissent, et etiam Florentinorum captivi Senis redimerentur. Unde iure et bene merito Florentinorum populus et omnes cives contra Senenses irritati erant, excepto Cosma ex Medicorum prosapia[6]. In tanta vero irritatione populi visum fuit prudentibus aliquibus civibus, cum Cosmas tunc egrotatione gravatus [esset], micteretur pro Nerio Cappono, qui civitatis Pistorii tunc capitaneus erat. Et sic accersitus tandem, quibusdam inter cives disputationibus factis an bellum contra Senenses deberet capi, necne, huiusmodi, persuadente Nerio, deliberatio facta fuit.

---

4. *cod.* domnus — 8-9. *cod.* rehedificatione — 26. *cod.* Vadam — 27. *cod.* defecisset — 28. Massam *om. cod.* — 34. esset *om. cod.*

[1] Fra Puccio, cavaliere di San Giovanni di Gerusalemme, era luogotenente del re Alfonso.

[2] Il Gambacorti chiese ed ottenne la protezione del re di Napoli, sicchè la questione fu rimessa al giudizio del papa che nulla stabilì, e il re continuò a lungo a richiedere ai Fiorentini i beni confiscati al Gambacorti (SANT' ANTONINO, *Cronaca*, parte III, tit. XXII, cap. XIII).

[3] Il Buoninsegni dice che Foiano fu ripreso dai Fiorentini il 24 agosto (*Storie*, p. 106). Veramente l'espugnazione e l'incendio di quel castello avvenne l'11 agosto (CAMBI in *Delizie*, XX, p. 314).

[4] Il Buoninsegni dice il 26 ottobre (*Storie*, p. 107).

[5] Non arrivarono tutti nel medesimo tempo. I primi ad arrivare furono i Fiorentini, Bernardo Giugni e Giannozzo Pitti, e i Veneti, Cristoforo Moro e Orsatto Giustiniani, che giunsero il 24 giugno 1453, poco dopo arrivarono i Napoletani, Marino Caracciolo e Michele Riccio; assai si fecero attendere gli ambasciatori del duca di Milano che giunsero a Roma il 10 novembre (PASTOR, *op. cit.*, I, p. 461, ove sono citate parecchie fonti utilissime).

[6] Cosimo e Neri Capponi volevano aspettare che Siena si gettasse nelle braccia del Re di Napoli, e allora avrebbero dichiarata la guerra ai Sanesi (cf. GINO CAPPONI, II, p. 56).

Bellum quod non indicatur Senensibus, deliberatum fuit

Asseruit enim quod nulla res posset esse magis grata Aragonum regi quam si Florentini contra Senenses caperent bellum, cum tunc Senenses nullum subsidium aliud habere possint, nisi solum commictere Senas in potestatem regis Aragonum, et eundem constituere ipsius civitatis dominum. Nam primus rex Alfonsus multis variis modis perquisiverat civitatis ipsius dominatum, hec est in dando stipendia Senensibus civibus, et persuadendo et attrahendo cives ad voluntatem suam multis blanditiis, ac demum multis bellorum minis et asperrimis verbis terrendo eos. Nunc vero erimus causa ut sine sudore et sumptu capiet eos in irritando bellum contra eos, ac in maximos sumptus intrabimus in muniendo et presidendo terras nostras. Et etiam prestabit nobis remictere Alexandrum Sfortiam ad Ducem Mediolani, fratrem suum, ut Liguria consequatur prosperos eventus contra Venetos, quos si consequetur, honorabilem et bonam pacem reportabimus [1]. Et hec deliberatio secrete inter paucos deliberata fuit, et deinde inter omnes, scilicet quod bellum Senensibus non indiceretur. Et Alexander Sfortia remissus fuit ad Franciscum ducem fratrem suum. Et dux, adventante hieme, factus fortior quasi totum comitatum brixianum in ditionem suam redegit. Et milites Venetorum, volentes intrare Brixiam, non voluerunt, quia Brixiani eis portas clauserunt.

Decem viri belli et balie Florentie creantur et inceperunt die duodecima decembris, et fuerunt Nerius Gini Capponus novies, Lucas Bonaccursi Pittius, Bartholomeus Iohannis Michelozi, dominus Otto Lapi Niccolini, Karolus Zenobii de Ghiacceto, Andreas Lapi, dominus Angelus Acciarolus, Symon Guidaccii, Cosmas Iohannis Medicus, Diotisalvius Neronis de Diotisalvis.

1454

VIDCLII.

Rex Renatus in Proventiam rediit

Otto Nicolini iurisperitus et Diotisalvius Neronis oratores ad regem Renatum mictuntur, et convenientes eum deliberantem abire tandem convenerunt, ut eidem comune florentinum singulo mense ducatos mille solveret pro tribus annis, et si abiret, micteret filium suum ducem Calabrie; et deinde in Proventiam ipse Rex profectus fuit [2].

c. 587

Erant profecto Veneti, Dux Mediolani ac Florentini quasi fatigati, ac ulterius non valentes sumptus sustinere incomportabiles: tanta erat omnium militum importunitas ac avaritia.

Otto Nicolini iurisperitus, orator additus Bernardo Giugnio militi ac Giovannozio Picti, oratores ad papam, cum aliis oratoribus mictitur Romam, ut circa pacem diligenter perquirat, et ut concludatur cum honore ac exaltatione florentini populi. Quid deinde dixerit, feceritque viderint sapientes, nam post accessum eius, ut infra dicetur, omnes oratores infecta pace ab urbe Roma abierunt.

Iohannes filius regis Renati Florentiam venit

Iohannes, filius regis Renati, nuncupatus dux Calabrie, die septimo mensis februarii dicti anni Florentiam venit, et honorifice a cuncto populo receptus fuit.

Oratores florentini Roma revertuntur

Oratores florentini de mense martii [3], et etiam oratores regis Aragonum, Venetorum ac Ducis Mediolani Roma abierunt pace infecta, licet quasi papa eam conclusisset; cuius disturbatores qui fuerunt apud Orcum cognoscetur [4].

Franciscus Sfortia, Mediolani dux, interim die XXIII martii litteras suas ad Cosmam Me-

---

19. *cod.* Medices

[1] Si noti com'è riferito con precisione il pensiero di coloro che in Firenze erano contrari ad una immediata dichiarazione di guerra ai Senesi, e ciò si vedrà meglio confrontando coll'opera citata del Capponi.

[2] I Fiorentini, gravati di troppa spesa per la condotta del re Renato, in bel modo si liberarono di lui. Ottenne solo di lasciare al servizio di Firenze suo figlio, duca di Calabria (cf. BUONINSEGNI, *Storie*, p. 108 e SIMONETTA, *op. cit.*, XXI, p. 662).

[3] Il Buoninsegni (*op. cit.*, p. 109) dice invece che quella pace fu trattata nell'aprile. A ogni modo il 24 marzo gli ambasciatori di Firenze lasciarono Roma, e i delegati per la pace si separarono, senza aver nulla concluso. Così fallì il tentativo che Niccolò V aveva fatto di rimettere la pace e la concordia fra gli Stati d'Italia, per riunirli poi in una seria impresa contro i Turchi (cf. PASTOR, *op. cit.*, I, p. 459 sgg.).

[4] NERI CAPPONI, *Comment.*, p. 1214, il quale difende il Niccolini contro le voci popolari che lo accusavano di aver mandato a monte le trattative.

dicum direxit, continentes quod quidam frater Simonectus de Camerino ordinis sancti Augustini de observantibus regulam ad eum nomine Venetorum pacem firmam et veram obtulit cum quibusdam capitulis, que idem frater Venetos facturos affirmabat, et que etiam ipse dux Mediolani affirmare intendebat rogando tamen dictum Cosmam quod Florentinis non esset molestum, si non recuperabant Castiglionem de Pescaria, et Gavorranum, castella olim eorum; et persuadendo multis rationibus quod pax tam pro Florentinis quam pro statu suo erat optima et laudabilis; affectuosissime etiam rogando ut sibi confestim responderetur [1].

Responsio litterarum ad Ducem Mediolani

Cum Cosmas Medicus prefatas litteras Francisci ducis Mediolani quibusdam manifestasset, et precipue Nerio Cappono, et pridem etiam [quam] commisissent Diotisalvio Neronis ut iter arriperet in Liguriam ad conducendum Bartholomeum Collionem de Bergamo, et eidem singulo anno promicteret centum milia florenorum: nam et Veneti eundem Bartholomeum Collionem conducere volebant, et ipse utrisque spem dabat, ut mos est ducibus equitum facere, licet adhuc esset cum duce Mediolani, et eius stipendia caperet: attamen ultra hanc conducendi Bartholomeum Collionem commissionem Florentini eidem Diotisalvio aliud mandatum addiderunt, ut circa pacem cum Venetis tractandam esset cum Francisco, duce Mediolani, et circa eam concluderet, ut eidem Francisco duci videretur et placeret [2]. Postquam Nicolaus papa quintus dictam pacem cum omnibus oratoribus Rome concludere non valuit, et adhuc non valebat; interim vero ad civitatem Laudi frater Simonectus cum oratore Venetorum et cum potestate pacis concludende venit. Et tandem inter Venetos et Florentinos, presente Diotisalvio, eorum oratore ac commissario, et Franciscum Sfortiam, ducem Mediolanensem, conclusa in nomine Domini pax fuit cum pactis et capitulis die VIII aprilis [3], quarta hora noctis in civitate Laudi, presente dicto fratre Simonecto de Camerino; quam dicte tres partes et etiam Senenses ratificaverunt, exceptis Alfonso, Aragonum rege, et Genuensibus, de quibus inferius dicetur.

Pax inter Venetos et Florentinos et Ducem Mediolani

Nicolaus papa quintus et Florentini persuadebant Venetis, ut retinerent comitem Iacobum Piccininum ad eorum stipendia. Veneti vero responderunt illum non posse retinere ex eo quod ultra alia damna que inferebat eorum subditis singulo anno, volebat centum milia ducatorum, et totidem dabant Bartholomeo Colliono nuper ab eo conducto, et sic eum dimiserunt. Qui Iacobus Piccininus a Venetis discedens quaerebat aliquas novitates movere in Bononia, et in terris Ecclesie, et in Tuscia, ut infra dicetur.

Quod Iacobus Piccininus comes apud Venetos ad stipendia conduceretur et firmaretur, sed Veneti eum noluerunt

Balia sublata fuit Florentie de mense maii post factam pacem, tempore etiam quo Diotisalvus Neronis erat vexillifer iustitie secundo.

Balia sublata est Florentie.

Oratores Venetiarum, Florentinorum et Francisci Sfortie simul profecti sunt Romam ad Nicolaum papam quintum; et inde cum legato pape profecti sunt Neapolim ad regem Aragonum pro pace totius Italie componenda seu firmanda [4].

Oratores Venetorum, ducis Mediolani, Florentinorum, ad Papam primo, et inde cum legato Pape Neapolim proficiscuntur

VIDCLIII.

1455

Anno a nativitate Domini M°CCCC°LV die dominico XXVI ianuarii [5] indictione tertia,

---

3. et que] *cod.* quos — 5. *cod.* Castiglione - *cod.* et Ganorranum — 9. *cod. om.* quam — 11. *cod.* florenos — 37. *cod.* M°CCCC°LIII

[1] Si vede chiaro che il Sozomeno vide la lettera dello Sforza a Cosimo, o ne ebbe notizia da Neri Capponi.

[2] Avrebbe anche il Sozomeno dovuto aggiungere che Cosimo de' Medici dovette piegar l'animo alla pace, perchè i Fiorentini si lamentavano fortemente per i nuovi balzelli, e proferivano parole d'ingiuria contro Cosimo e gli altri che prima erano propensi alla guerra. Cf. Pastor, *op. cit.*, I, p. 464.

[3] Il Buoninsegni dice soltanto: “all'entrata d'aprile„. Veramente Leonardo de' Benvoglienti il 18 aprile 1474 scrisse da Venezia: “La pace fu conclusa in Lodi a dì 8 d'aprile a tre hore di notte„ (vedi in Pastor, *ivi*, p. 465). Ma il documento della pace, che si può vedere nel Du Mont, *Corps universel diplomatique du droit des gens*, III, 1, 202 sgg., reca la data del 9 aprile.

[4] Fu tutto merito del papa Niccolò V, se finalmente gli ambasciatori, coadiuvati dal cardinale Capranica, riuscirono a piegare il re Alfonso alla pace. Cf. Buser, *Die Beziehungen der Mediceer zu Frankreich während der Iahre 1434 bis 1494 ihrem Zusammenhauge mit den allgemeinen Verhältnissen*, Leipzig, 1879, p. 74 sgg.

[5] Data erronea. La lega italiana fu ratificata dal

pontificatus Nicolai pape V, anno VIII, in civitate Neapoli in palatio seu residentia archiepiscopali dicte civitatis, Alfonsus, rex Aragonum, presentibus et consentientibus reverendissimo in Christo patre domino Dominico tituli Sancte Crucis in Hierusalem sacrosancte romane Ecclesie presbytero cardinali Firmano, maiore penitentiario et apostolice sedis legato de latere, Dominico Hieronymo olim domini Francisci domini Zacharie trivisano milite et artium et utriusque iuris doctore, domino Iohanne Mauro quondam domini Antonii, oratoribus Venetorum, et reverendo in Christo patre domino Bartholomeo de Vicecomitibus Dei gratia episcopo novariensi, et Magnifico domino Alberigo Malacrete comite, utriusque iuris doctore, illustrissimi domini Francisci Vicecomitis, ducis Mediolani ac Papie oratoribus, et magnificis Bernardo Antonii de Medicis et Diotisalvio Neronis de Diotisalvis, oratoribus magnifice et excelse comunitatis Florentie, fecit pacem, ligam et coniunctionem cum predictis Legato pape et oratoribus cum pactis et capitulis et conditionibus in eadem pace notatis [1].

Pax facta inter regem Aragonum, Papam, Venetos, Ducem Mediolani et Florentinos

Nicolaus papa V moritur

Nicolaus papa V die XXIIII martii dicti anni hora quinta noctis diei lune mortem obiit [2]. Qui Camere apostolice reliquit in pecuniis, libris, vasis aureis et argenteis, sacris et profanis paramentis, sacris tapetis, pannis arazeis pretio ultra ducenta milia florenorum. Et ultra etiam ducenta milia florenorum exposuit in edificiis sacris et profanis [3], helemosinis, provisionibus distributis ac datis viris eruditis ac egregiis; ac etiam pro reparatione terrarum Ecclesie ducenta florenorum milia exposuit. Et solum cum omni sua diligentia in requirendo vini purissimi multas maneries culpatus ac occupatus [4], si vera eius fama fuit per totam christianitatem vulgata, et podagrosus et ciragrosus totus factus sic vitam finiit.

PONTIFICUM CCXVIII CALISTUS ANNIS * * *.

c. 588

Calistus III, qui prius dicebatur Alfonsus Aragonus de Valentia, cardinalis Valentinus, die IIII aprilis [5] hora XV diei a Cardinalibus in pontificem summum eligitur, dum annum iam ultra octuagesimum ageret [6], vir iuris canonici peritus. Et deinde die VIII aprilis coronatur, et fecit votum huiusmodi:

Pape Calisti votum

" Ego, Calistus papa III, promicto et voveo Sanctissime Trinitati, Patri, Filio et Spiritui
" Sancto, totique Curie celesti, quod etiam usque ad effusionem proprii sanguinis, si opus fuerit,
" dabo operam et adhibebo omnimodam diligentiam, qnantum cum Deo potero, iuxta consilium
" venerabilium fratrum nostrorum pro recuperatione civitatis constantinopolitane, que heu, pec-
" catis hominum exigentibus, his nostris temporibus occupata et eversa est per Iesus Christi
" crucifixi et salvatoris nostri benedicti inimicum et filium diaboli Mahomectum, Theucrorum
" dominum, et pro libertate inde captivorum, necnon ad exaltationem fidei ortodoxe et exter-

---

8. *cod.* Malecte — 19. maneries] *cod.* manecties

pontefice il 25 febbraio 1455 (vedi il documento della ratifica pontificia che è in THEINER, *Cod. dipl.*, III, 378 sgg.).

[1] Vedi il testo di questa pace, bandita in Viterbo l'8 di marzo in N. DELLA TUCCIA, *Cron. di Viterbo*, pp. 237-238. Fu annunziata in Roma il 2 marzo (PASTOR, *op. cit.*, I, p. 461, nota 4), non l'11 marzo come erroneamente dice l'Infessura, *ediz. cit.*, p. 58.

[2] Così negli *Acta consistorialia* dell'Arch. Vat., arm. XXXI, tomo LII, c. 24 *b*, in INFESSURA, *ediz. cit.*, p. 59, in N. DELLA TUCCIA, *op. cit.*, p. 238. Erra invece Paolo dello Mastro, che nel suo *Diario* cit., p. 114 dice: " a dy 25 de marzo, la notte della Nuntiata, a sei hore ". Del resto questa incertezza di date si spiega agevolmente pensando che veramente Niccolò morì nella notte dal 24 al 25 marzo (PASTOR, *op. cit.*, I, p. 476, nota 1).

[3] Questi edifizi enumera diligentemente l'Infessura, *ediz. cit.*, pp. 49-50. Cf. MÜNTZ, *Les arts à la cour des papes*, I, pp. 110-160.

[4] Non così il Pastor, *op. cit.*, I, p. 278, che, sulla testimonianza di Vespasiano da Bisticci, lo loda di sobrietà nell'uso de' cibi e del vino. A ogni modo ha pur qualche valore questa testimonianza d'un contemporaneo.

[5] Cf. BUONINSEGNI, *Storie*, p. 112 che pone la data esatta dell'elezione di Callisto III all'8 aprile. Cf. invece INFESSURA, *ediz. cit.*, p. 59, e CONTELORI, *De pontif. et card. a Martino V ad Pium II*, ms. Arch. Vat., tomo I, c. 378.

[6] Aveva veramente 77 anni: così pure è inesatta la data dell'incoronazione, che avvenne il 20 aprile: Cf. INFESSURA, *ivi* e N. DELLA TUCCIA, *op. cit.*, p. 240 che ne fu testimone oculare e ne dette un'ampia descrizione.

" minationem diabolice secte reprobi perfidique Mahomecti, potentissime in partibus orientalibus, ubi maxime fidei lumen occubuit; quod si oblitus fuero tui, Hierusalem, oblivioni detur dextera mea, et adhereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, et si non proposuerō te, Hierusalem, in principio letitie mee. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia [1] ".

Decime indicte fuerunt universo clero christiano

Calistus papa III pro recuperatione Constantinopolis decimas universo clero christianorum indixit, et legatos suos cardinales de latere ad regem Francorum et imperatorem misit, et etiam predicatores ad hortandum universos christianos, ut prebeant helimosinas, quibus possit Mahomectus destrui et parari galeras et exercitum contra eum [2].

Rustici comitatus Pistorii, cum diu inter se pessimo more ferarum multos homines interfecissent propter seditiones, sectas et divisiones bestiales eorum, tandem oratores Pistorienses Florentinorum patrocinium implorantes, magnifici domini florentini elegerunt Alexandrum de Alexandris militem, Bernardum Giugnium militem, Giovannozium Pittium militem et Bernardum de familia Medicorum, et una cum Giannozio Pandolfino milite, tunc capitaneo Pistorii et Alexandro de Machiavellis, tunc potestate Pistorii, qui sex plenariam Pistorii comitatus et districtus auctoritatem haberent disponendi, reformandi, pacificandi et omnes ad concordiam reducendi. Qui omni cum diligentia posuerunt omnes in pace et statu tranquillissimo, roborantes gravissimis statutis et penis, ut de cetero nullus homicidium commictere auderet. Et sic reformata fuit civitas et eius comitatus, dummodo contigat ipsos seditiosissimos more sue patrie stare in pace et cessare ab homicidiis [3].

Pax facta per commissarios florentinos inter rusticos, et reformatio statutorum cum gravissimis penis

Iacobus Piccininus comes de mense iunii dicti anni [dum] cum suo exercitu latronum a Venetorum stipendio abiret, et iter per Liguriam caperet, credebat Bononiensium statum et tranquillitatem perturbare; sed Calistus papa cum Francisci Sfortie ducis Mediolani militibus eum sequens a conceptu removit. Nam deinde per Romandiolam transiens in agrum Senensium cum exercitu suo latronum perveniens Cetonam castellum Senensium cum quibusdam aliis cepit [4]; sed statim contra eum pape Calisti, Ducis Mediolani, et Florentinorum ac Senensium equites et pedites obviam facti sunt; et sic paulatim eius vires diminute sunt, et tandem ad Castilionem Piscarie sua firmavit castra, et capiens Senensium Orbetellum castel- *c. 588v*

---

1. *cod.* potissime; *correggo seguendo il Bonincontri* (Ann., *p. 158*) *che ha* potentissimae — 9. *cod.* galeas — 21. *cod. om.* dum — 28. *cod.* Orbatellum

[1] Il testo di questo voto di Callisto III è dato da varî. Vedi in LEIBNITZ, *Codex iur. gent.*, I, p. 411. Eccolo quale lo riferisce il PASTOR, *op. cit.*, I, pp. 501-502: "Io, "papa Callisto III, prometto e fo voto alla SS. Trinità, "Padre, Figliuolo e Spirito Santo, alla sempre Vergine "Maria di Dio, ai santi Apostoli Pietro e Paolo e a "tutte le schiere celesti, che, se sarà necessario, eziandio "collo spargimento del mio proprio sangue, secondo "mie forze farò di tutto per riprendere Costantinopoli, "che a punizione dell'umana schiatta peccatrice è stata "presa e distrutta dal nemico del crocifisso Salvatore, "dal figlio del diavolo, Maometto, principe dei Turchi; "inoltre per liberare i cristiani languenti in ischiavitù, "rialzare la fede e far disparire in Oriente la setta dia"bolica del reprobo ed empio Maometto. Chè ivi la "luce della fede è presso che spenta interamente. Oh! "se io mi dimenticherò di te, o Gerusalemme, sia messa "in oblio la mia destra; si attacchi la mia lingua alle "mie fauci, s'io non avrò memoria di te: se io non "metterò Gerusalemme al di sopra di qualunque mia "allegrezza. Così Dio mi aiuti e il suo santo evangelo. "Amen ". È riferito anche in BONINCONTRI, *Ann.*, p. 158.

[2] Il papa bandì le decime per la crociata con la solenne bolla del 15 maggio 1455 *Ad summi apostolatus apicem*, che si può vedere in RINALDI, *Ann. eccl.*, 1455, n. 18. Mandò poi legati alle principali corti cristiane: nell'Ungheria Dionisio Czechy, cardinale arcivescovo di Gran, in Germania, Ungheria e Polonia il cardinale Carvajal, nell'Inghilterra e Germania il cardinale Niccolò da Cusa, e per la Francia il cardinale Alain (cf. PASTOR, *op. cit.*, I, p. 504 sgg.).

[3] Il consiglio del popolo di Pistoia ebbe più volte in questo tempo a occuparsi delle gravi turbolenze del contado pistoiese. Furono eletti il 25 marzo dodici cittadini per porvi rimedio "pro inconvenientiis que se"pissime comittuntur in comitatu ", mandarono cinquanta fanti nella campagna e invitarono i Fiorentini a por mano a una duratura pacificazione (ARCH. COM. DI PISTOIA, *Libro di Provvis.*, 60, 447 e 451); ma quei moti continuarono anche negli anni successivi.

[4] Il Piccinino prese i castelli di Cetona, Sarteano, Manciano e Montemarano. Ciò indusse il pontefice e il duca di Milano a mandargli contro un esercito condotto per i pontificî da Giovanni Ventimiglia, e per i ducheschi da Roberto di Sanseverino e Corrado Folliano.

lum, et quedam alia ibidem latrocinando et vastando Senensium agros moram satis ineptam diu traxit.

Iohannes, filius regis Renati, nuncupatus dux Calabrie, die ultimo mensis iunii dicti anni a Florentinis magnifice honoratus, sociatus ac magnificis donis donatus, a florentina civitate abiit ad patriam suam in Proventiam, cum totius populi florentini benignitate atque gratia.

1. *cod.* satim

INDICI

AVVERTENZE PER GLI INDICI

Le indicazioni in carattere *tondo* rimandano al testo della cronaca, quelle in carattere *corsivo* alle varianti o alle note illustrative, quelle comprese *fra virgolette* alle prefazioni o alle appendici. Le notizie che il contesto del discorso permette di riferire a un dato personaggio, sebbene questo non sia nominato espressamente, si troveranno sotto il nome del personaggio stesso, ma distinte dalle altre per caratteri s p a z i e g g i a t i.

Il punto esclamativo (!) indica le lezioni o varianti errate.

Il numero in carattere *più grande* indica *la pagina*, quello in carattere *più piccolo* la *riga*.

Nell'INDICE ALFABETICO DEI NOMI E DELLE MATERIE, accanto a ciascun nome, ridotto alla forma italiana più comune nell'uso moderno, sono poste fra parentesi *quadre* tutte le altre forme sotto le quali esso figura nel testo e che per ragioni ortografiche, di dialetto o di lingua sono diverse da quella prescelta. Di queste diverse forme figurano al loro posto alfabetico nell'indice e con richiamo alla forma italiana prescelta soltanto quelle nelle cui *prime quattro lettere* si riscontra qualche differenza dalle prime quattro lettere della forma prescelta.

Nell'INDICE CRONOLOGICO si tien conto soltanto *dei fatti posteriori alla nascita di Cristo*. Ciascuna data, qualunque sia lo stile secondo cui è computata nel testo pubblicato, si trova ricondotta nell'indice allo stile comune o del Calendario romano; ma accanto ad essa fra parentesi *rotonde*, è registrata anche quale figura nel testo.

Con *asterisco* sono segnate le *date che si possono desumere dal contesto del discorso*, sebbene non siano espressamente dichiarate nel testo della cronaca.

Fra parentesi *quadre* sono poste le date *errate* con richiamo alla data vera, la quale a sua volta ha un richiamo alla *data errata*.

Tavola delle principali abbreviazioni che s' incontrano negli indici

amb.	ambasciatore	*imp.*	imperatore
an.	anno	*m.*	moglie
arciv.	arcivescovo	*mon.*	monasteso
b.	battaglia	*p.*	padre
c.	città	*pp.*	papa
d.	del, dello, della, delle, dei	*pod.*	podestà
cap.	capitano, capitani	*pop.*	popolo
cav.	cavaliere	*pr.*	presso
cast.	castello, castelli	*vesc.*	vescovo
ch.	chiesa	*vic.*	vicario
cod. codd.	codice, codici	*v.*	vedi
com.	comune	†	morte, morto, muore
el.	eletti		

INDICE ALFABETICO

[a cura di Guido Zaccagnini]

INDICE CRONOLOGICO

[a cura di Guido Zaccagnini]

ERRATA CORRIGE. — p. XLVIII, l. 26: Parinam eius *corr.*: Parinam matrem eius — p. 4 *varianti* l. 2: 31. *cod.* et *corr.*: 31 Quod] *cod.* et — p. 7, l. 4 (*postilla*): proficiscuntur *corr.*: proficiscitur — p. 8, *varianti* l. 1: 2. Regina] *cod.* Rege *corr.*: 2 (*postilla*) Sfortia a regina] *cod.* Rege — p. 10, l. 16: perseveraverunt *corr.*: perseverarunt — p. 10 (*varianti*) l. 1: 24. *cod.* Parisius *corr.*: 31. *cod.* Parisius — 14, l. 3-4: currendo super *corr.*: currendo, super — p. 17, l. 14: in Etruria rursus *corr.*: in Etruriam reversus — p. 17 (*varianti*) l. 1 *aggiungere:* 14 *cod.* in Etruria rursus — p. 23, l. 32: testitudinis *corr.*: testudinis — p. 23, l. 35: confederatione *corr.*: confederationem — p. 25, l. 3: transitumne gaverunt *corr.*: transitum negaverunt — p. 28, l. 8: mese *corr.*: mense — p. 29, l. 14: utraque *corr.*: utramque — p. 34, l. 12: fuit *corr.*: fuisset — p. 34 (*varianti*) l. 1: *aggiungere:* 12 fuisset] *cod.* fuit — p. 35 (*note*) l. 7: 1400 *corr.*: 1440 — p. 38, l. 14 (*postilla*) Ladislaus *corr.*: Vladislaus — p. 38 (*note*) l. 23: brisiani *corr.*: brixiani — p. 39 l. 6: lacerantur *corr.*: laceratur — p. 41, l. 2: profectus *corr.*: prefectus

INDICE GENERALE

Cominciato a stampare nel dicembre 1907.
Finito di stampare nell'aprile 1908.